

3 2044 103 256 285





22 June 1917

DE LEGATIONIBUS GRAECORUM PUBLICIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRANCISCUS POLAND

PIRNENSIS.

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXV.

IUSTO HERMANNO LIPSIO

SACRUM.

Corpus inscriptionum, quod Lebasius, Waddingtonius, Foucartius, viri docti Francogalli, collegerunt, quodque inscribitur: „Voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure, Inscriptions, Paris 1847—x“, cum tam saepe eius mentionem inicere deberemus, littera L. satis significatum existimavimus partis significatione et tituli numero additis. — Cum necessarium putavimus duos locos indicare, quibus idem inveniatur titulus, unum alteri uncis inclusum apposuimus. Praecipue non neglegendum censuimus numeros titulorum a Boeckhio in C. I. G. editorum semper addere, etsi nunc melioribus utimur apographis; in illis vero CIG titulis significandis saepius satis habuimus solos numeros nullo signo addito perscribere.

Instituenti mihi de ratione, qua Graeci in commerciis publicis sunt usi, accuratius disputare, implicata et satis vaga huius quaestionis natura dubitationem movit, a quanam totius rei parte initium disputandi optime fieret. Postquam vero haud parvam materiae copiam ad tractandam causam universam necessariae, praecipue ex titulis, in unum contulimus, visum est, priusquam de aliis rebus exponeremus, de hominibus primum disputare, qui in commerciis illis publica quadam cum auctoritate versari solebant. Inter eos vero quam maxime excellunt et, cum soli maiore quadam auctoritate instructi videantur, in titulis fere soli commemorantur legati. Horum igitur res iam expondituri sumus, praesertim cum et illud hac re optime demonstrare possimus, quod demonstrare nostra interest, mores Graecorum hisce in rebus ad certam quandam perfectionem pervenisse et tota quaestio quam maxime seiuncta ab aliis tractari possit.

Priusquam autem ad rem ipsam tractandam accedamus, pauca praemonenda videntur de ratione et via, quam in disceptanda causa persecuturi sumus, et de eorum virorum doctorum opera, qui ante nos hanc in rem inquisiverunt.

Duplicem omnino in modum ea, quae de legationibus investigare licet, tractari possunt; aut enim exponendum est, quomodo temporum decursu omnis ratio ac natura legationum mutata sit, aut de singulis rebus, quae de legationibus exponendae videntur, ordine deinceps disserendum, ut tamen temporum ratio, quoad fieri possit, diligenter habeatur. Iam nemini dubium esse confido, quin

et propter rei ipsius et propter materiae, quae nobis praesto sit, naturam hac potius quam illa ratione disputationem instituere praestet.

De eis autem, qui ante nos hisce rebus operam navaverunt, pauca dicenda videntur. Ex numero virorum doctorum, qui ante nostrum saeculum in antiquitatibus Romanorum et Graecorum cognoscendis curam posuerunt, ad nostram rem tractandam unus accessit Albericus Gentilis, qui de legationibus libros tres[1]) composuit, sed imprimis Romanorum legationes tractavit, de Graecorum pauca docuit. Inter recentiores praeter eos, qui de universo iure gentium disputaverunt, inter quos Laurentius[2]) praecipue laudandus est, et praeter dissertationem Muelleri[3]), qui de vocabulorum in commercio publico potissimorum usu Herodoteo, Thucydideo, Xenophonteo nonnulla collegit, nominandus est Egger[4]), qui titulorum Graecorum primus rationem habuit et haud spernendam materiam ad illustrandum Graecorum in foederibus faciendis usum attulit; sed quae praecepit, haud raro minime recte disputata nobis videntur, praesertim cum omnia ita incohata tantum sint, ut ne voluisse quidem ullam quaestionem plane absolvere videatur. De legationibus ipsis Atheniensium quidem scripsit Turrettinius, vir doctus Genevensis[5]); quem cum titulorum tanta copia, quanta nunc uti licet, in cognoscendis legationum rebus non adiuvaret, mirari non possumus etiam de Atheniensium more legatos mittendi et accipiendi multa nobis accuratius tractanda reliquisse[6]).

§ 1.

De legatorum notione et nomine.

Legatorum notionem et nomen definituris nobis disputationem optime processuram esse confido, si inde ab antiquioribus temporibus eorum provinciam a ceterorum segregemus, qui in commercio quod est inter civitates publica quadam cum auctoritate agant.

Ab Homeri temporibus ut initium disputandi faciamus, commercium publicum inter populos plerumque per praecones fieri

---

[1]) Londini 1585.

[2]) Laurent. Histoire du Droit des Gens. Tome II: La Grèce. Bruxelles 1862.

[3]) C. F. W. Müller. De ritibus et cerimoniis, quibus Graeci commercia publica, foedera belli pacisque sanxerunt deque vocabulis iuris fetialis propriis, quoad ex Herodoti et Thucydidis et Xenophontis libris cognosci possunt. Regimont. 1854.

[4]) Études historiques sur les traités publics chez les Grecs et les Romains. Paris 1866.

[5]) Turrettini. De legationibus publicis apud Athenienses. Genevae 1841.

[6]) Quos ad libros nunc addenda est Heysii dissertatio: De legationibus Atticis. Gott. 1882; de qua v. Epimetrum.

videmus [1]). Praecones ministri erant regum et negotia eorum quam maxime varia; nimirum et in ipsius regis exercitu quaedam curare debebant et ad alterum exercitum mittebantur. Ab eiusmodi vero hominibus, qui officio perpetuo fungebantur, diversi sunt ei, qui ad certum aliquod negotium perficiendum publice mittebantur; hi solebant eligi ex numero principum et dicuntur nomine tum plane generali *ἄγγελοι* [2]); primi sunt legati publici Graecorum, quos commemoratos invenimus.

Eadem tempora, quae Homerus et ceteri poetae epici descripserunt, exhibere volunt in dramatis suis poetae tragici; eandem etiam vocem (*ἄγγελοι*) de legatis plerumque usurpant [3]).

Qua voce *ἄγγελοι* etiamsi legationem satis indicari concedimus, tamen eam mox parum propriam legatis visam esse non mirandum, quippe qui non nuntiorum tantum modo aliquem de re quadam certiorem facere, sed etiam pro civitate sua publica auctoritate instructi agere et quasi huius ipsius personam apud exteros gerere solerent. Propterea eis temporibus, quibus legatio Graeca ad certam quandam notionem pervenisset, aliam vocem, etsi variis formis, solam in usu fuisse videmus, vocem dico *πρέσβυς* vel *πρεσβευτής* [4]).

Invenitur ea iam uno loco Aeschyli [5]), quem plerumque item

---

§ 1. [1]) Cf. praeter Kostkae (De praeconibus apud Homerum. Lyckae 1844) et Ostermanni (De praeconibus Graecorum. Marb. Catt. 1845 p. 29) dissertationes imprimis Sorgenfrey: De vestigiis iuris gentium Homerici. Lipsiae 1871 p. 35.

[2]) Cf. Il. ε, 804; κ, 286. — Buttmannus (Lexilogus II, 202) grammaticorum Alexandrinorum argutiis inductus est, ut formam *ἀγγελίης* statuat, quae et ipsa significet legatum; quam reiciendam esse nunc nemo dubitat. Concluserat eam ex eis locis, ubi voce abstracta *ἀγγελίη* legationes designantur: Il. γ, 206; δ, 384; λ, 140. Observare quidem licet vel in legationibus significandis plerumque substantivum illud abstractum apud Homerum inveniri, neque vero id mirandum est, quoniam in abstractis sensus specialis, qui locis illis requiritur — ita ut *ἄγγελος* non nuntium sed legatum significet, *ἀγγελίη* non nuntium sed legationem — prius oriri solet, quam in concretis. Quam ad rem etiam formae vernaculae linguae optime comparari possunt: vocabulum „Bote" quidem de legatis non dicitur, sed „Botschaft" ita usurpari potest, ut legationem significet; nostrum „Botschafter" responderet vocabulo a Buttmanno statuto *ἀγγελίης*. — Cf. etiam *ἐξεσίην*: Il. ω, 235; Od. φ, 20.

[3]) Etiam apud scriptorem posterioris temporis, a quo legati minime *ἄγγελοι* dici solent, apud Pausaniam (VII, 1, 2) vestigium invenimus huius veteris significationis, cum legatus, temporibus ille quidem heroicis missus, audiat *ἄγγελος*.

[4]) Haec vox, ut propriam eius vim omittamus, apud Lacedaemonios tantum de aliis magistratibus usurpata invenitur (CIG I, 1237, 1239, 1240 etc.).

[5]) Suppl. 728: *ἴσως γὰρ ἂν κῆρυξ τις ἢ πρέσβη μόλοι.* Dubitari potest utrum haec codicum scriptura cum Hermanno tenenda sit, ita ut *πρέσβη* idem sit ac *πρεσβεία*, an potius *πρέσβις* (Dind.) aut *πρέσβυς* (Weilius, alii) scribendum; ad nos haec quaestio nihil pertinet. — Verbum quidem *πρεσβεύειν* ita dictum, ut significet legationem obire, legimus etiam apud Euripidem (Heracl. 480).

atque ceteros poetas tragicos Homeri rationem secutum esse diximus.

Post Homerum et poetas tragicos unus in legatis significandis nulla certa et distincta ratione utitur, sed vocem parum propriam *ἄγγελοι* usurpat Herodotus. Quamquam enim illi iam notum erat vocabulum *πρέσβεις*, uno tantum loco[6]) eo utitur, ceteris omnibus haud paucis, quibus legati commemorantur, exhibet *ἄγγελοι*. Diversam vero hanc legatorum significandorum rationem non ex ipsius rei diversitate quadam explicandam esse apparet ex eo, quod de eadem legatione utroque utitur vocabulo[7]).

Herodotea hac dicendi ratione excepta quod neque apud ullum scriptorem neque in ullo titulo aliam inveniri vocem de veris legatis usurpatam contendimus nisi *πρέσβεις* vel *πρεσβευταί*, iam de eis locis disserendum est, ubi *ἄγγελοι* legatorum vicibus videntur fungi.

Ac primum quidem ex eis, quae iam de legatorum auctoritate indicavimus, in eos, qui ab altera re publica ad alteram mittuntur, ut tamen nihil nisi nuntient quaedam, legatorum nomen omnino non quadrare apparet; quae enim vel servi perficere poterant, ad ea curanda legatis non opus erat; summo igitur iure illi dicuntur *ἄγγελοι*[8]), si modo omnino certo vocabulo significantur[9]).

Iam vero aliis haud paucis scriptorum Graecorum locis homines quidam, qui recte legatorum nomine significari posse videntur, *ἄγγελοι* audiunt. Omnibus vero his locis causas certas cognoscere

---

[6]) Herod. III, 58; *πρεσβεύειν* verbum invenitur V, 93. Hi loci fugerunt Heysium; v. eius p. 16.

[7]) III, 58 eidem, quos H. *πρέσβεις* modo dixerat, audiunt *ἄγγελοι*. — V, 93: *Σωσικλέης μὲν ἀπὸ Κορίνθου πρεσβεύων* spectat ad 91: *μεταπεμψάμενοι καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ἀγγέλους*.

[8]) Expressa notio eorum haud saepe invenitur; cf. Thuc. II, 6, 1 (cf. Dem. LIX, 100); IV, 72, 1; VIII, 40, 1; Xen. Hell. III, 4, 3; Paus. IV, 26, 4; Plut. Timol. XXIII etc. Legatos hisce locis non intellegemus, etsi legatorum quaedam munera illis hominibus permissa videmus, velut socios convocandi, qua in re quam recte et nuntiis et legatis locus esse possit, optime docetur Polybii (IV, 60, 1) verbis: *Οἱ δὲ Δυμαῖοι — τὸ μὲν πρῶτον ἔπεμπον ἀγγέλους πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, δηλοῦντες τὰ γεγονότα καὶ δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα πρεσβευτὰς ἐξαπέστελλον τοὺς περὶ τῶν αὐτῶν ἀξιώσοντας.* — Thucydidis quidem locus (VI, 44, 4; de alio, V, 82, 4, v. i. p. 10 et not. 22) maxime suspicionem movere potest, ut legatos *ἀγγέλους* dictos esse putemus. Exponitur ibi de magnis pecuniis Segestanorum, de quibus homines ab illis missi Athenis verba fecerunt; verba sunt haec: *βουλόμενοι εἰδέναι περὶ τῶν χρημάτων εἰ ἔστιν ἃ ἔλεγον ἐν ταῖς Ἀθήναις οἱ ἄγγελοι.* Sed ne eo quidem loco, quo primum de illis sermo est (VI, 8, 2) audiunt legati, sed *οἱ Ἐγεσταῖοι*, ut suspicari liceat non agere Athenis, sed pecunias tantum afferre eos iussos esse.

[9]) Quamquam Heysio concedimus locis Thucydidis ab eo p. 7 n. 1 allatis verbum *πέμπειν* nude positum de nuntiis missis esse intellegendum, multo saepius tamen apud eundem scriptorem idem de legatorum missione usurpatur: cf. Thuc. I, 82, 1; 85, 2; II, 65, 2; III, 13, 1; 86, 3 etc.

licet, quibus commoti Graeci nonnunquam[10]) hominibus illis publice missis legatorum nomen denegaverint.

Et illud quidem, quod apud scriptores quosdam barbarorum legati non proprio nomine significantur, sed *ἄγγελοι* audiunt, optime convenit cum sententia nostra, qua Graecis legationibus omnibus certa quaedam communia fuisse putamus. Auctor[11]) huius dicendi rationis est Xenophon[12]); vestigia eiusdem invenimus apud Diodorum[13]), Arrianum[14]), Pausaniam[15]). Luculentissime vero confirmatur eo, quod in titulo Attico barbari regis legatus *ἄγγελος* dicitur[16]).

---

[10]) Ne unum quidem scriptorem in tenuioribus hisce dicendi discriminibus plane sibi constitisse monere liceat.

[11]) Apud Thucydidem quidem nondum eiusmodi habemus exemplum; Persarum legati audiunt *πρέσβεις*: cf. VIII, 5, 4; 85, 2.

[12]) Hell. II, 1, 7 clarissimum exemplum exhibet, quo demonstratur distinguere voluisse Xen. voce *ἄγγελοι* legatos barbaros a Graecis; Graecorum enim legati ibi audiunt *πρέσβεις*, Persarum *ἄγγελοι* in eodem enuntiato. — Itaque I, 4, 2 iam non necessarium est cum Dindorfio verba *καὶ οἱ ἄλλοι ἄγγελοι* post verba *οἵ τε Λακεδαιμονίων πρέσβεις, Βοιώτιος ὄνομα καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ* supervacanea putare, cum statim eluceat hisce in verbis homines a Persarum rege missos esse intellegendos, qui una cum legatis illis Lacedaemoniorum iter faciant. — Item habemus *ἄγγελοι*: III, 1, 1; 2, 18, *πρέσβεις* vero: III, 4, 11 (Ages. I, 13) et III, 4, 25; de Anab. II, 3, 3 sqq. v. i. n. 33.

[13]) XI, 2, 6; 5, 4 et 5; 6, 1; XIV, 25, 2 et 7 (cf. 25, 1, ubi eidem *πρέσβεις* audiunt); 26, 2; *πρέσβεις* XI, 28, 1.

[14]) An. II, 14, 1: *ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις*, 3: de eisdem dicitur: *τοῖς ἀγγέλοις τοῖς ἐκ Περσῶν ἥκουσι* et 4: *ξυμπέμπει τοῖς παρὰ Δαρείου ἐλθοῦσι.* (De voce *ἄγγελοι* variandi sermonis causa posita aliquis fortasse cogitare possit; v. i. n. 23.) Omnibus aliis locis A. de quorumlibet barbarorum legationibus utitur vocabulo *πρέσβεις*: I, 4, 6; 5, 2; 28, 1; II, 15, 6 sqq.; 25, 1; III, 24, 3; 5; IV, 1, 1; 5, 1; IV, 15, 1; V, 1, 3; 20, 5; 21, 3; VI, 2, 1; 14, 1; 15, 1; 5; 16, 1; VII, 15, 4 sqq.; 19, 6.

[15]) Paus. IV, 35, 4 (Illyriorum legatus), VII, 25, 3: *ἀγγελία* (de Alexandri Philhellenis ad Athenienses missione). — Satis memorabile est, quod duobus Pausaniae locis etiam Romanorum legatos *ἀγγέλους* dictos invenimus, quamquam de eorum actione verbum legatis item ac praeconibus proprium *ἐπικηρυκεύεσθαι* usurpatur: VII, 15, 1; X, 34, 2 (*δι' ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετο*). Cum aliis locis legati Romanorum *πρέσβεις* audiant (VII, 8, 4; 9, 1; 12, 2; 14, 2; expressum nomen omnino deest VII, 8, 1; 9, 3; 10, 2; 14, 3; 15, 3), fortasse premendum est nostris locis legationes commemorari a ducibus Romanis missos (v. i. § 2). Romanorum vero legationibus exceptis omnino nullae barbarorum *πρεσβειῶν* nomine apud Pausaniam significantur.

[16]) CIA II, 175b. Decreti Ol. 112, 2 compositi nil nisi praescripta servata sunt; summi vero momenti est, quod toti decreto superscriptum legimus, ut eo res tractata breviter indicetur: *Ῥηβούλας Σεύθου υὸς Κότυος ἀδελφὸς ἄνγελ[ος.* Apparet Rhebulam illum a Cotye fratre Athenas missum esse, ut pro illo cum populo Atheniensium ageret; cf. similem rationem legatorum, qui aliquid perfecerunt, nomina superscribendi: CIA I, 33 (cf. IV), IV, 33a, II, 60, 66, Mitth. d. d. arch. Instit. z. Ath. IV, p. 30. — De alia ratione, qua in titulis Atticis legati barbari significentur, v. i. § 2, n. 5.

Ut vero legati barbarorum haud raro *ἄγγελοι* dicuntur, ita etiam eos non pro veris legatis habuisse videntur Graeci, qui non a re publica quadam, sed a factione tantum civium mitterentur; quare hi quoque *ἄγγελοι* audiunt. Optime res cognoscitur ex Mytilenaeorum decreto[17]), quo de reconciliandis factionibus duabus agitur. Constituuntur enim legati ad Alexandrum Magnum mittendi, quo auctore factiones reconcilientur, et ab eis, qui antea urbem soli tenuerant, et ab illis, qui expulsi erant, atque sacris interesse iubentur ad reconciliationem sollemniter exsequendam susceptis. Eodem modo *ἄγγελοι* in decreto Attico[18]) explicandi sunt, si quidem recte haec vox restituta est[19]). Nam hoc quoque in decreto agitur de bello quodam civili auctoribus Atheniensibus ad finem perducto, quod apparet ex verbis *μνησικακήσω* et *διαλλακταί*; *ἄγγελοι* igitur essent legati ab utraque civitatis factione Athenas missi, ut ibi sollemnia iura iuranda per eos fierent. Eadem de causa, quod sunt legati factionis, legati quidam *ἄγγελοι* dicuntur in Erythraeorum decreto, quo illi foedus iciunt cum Hermia, tyranno Atarnei[20]). Videtur enim illis temporibus, quibus decretum factum est, nondum satis confirmata fuisse dominatio Hermiae, sed ille factione quadam adiutus rerum potiri studuisse; propterea in titulo solet dici de Hermia et amicis eius (*Ἑρμίας καὶ οἱ ἑταῖροι*)[21]).

Iam ad exemplar titulorum modo tractatorum, imprimis eorum, quos priore loco attulimus, etiam in Thucydidis loco[22]) restituendo, ubi et *πρέσβεις* et *ἄγγελοι* codicibus traditum est, quorum alterum

---

[17]) CIG II, 2166. [18]) CIA II, 140.

[19]) Pro Koehleri supplemento *ὀμνύναι δὲ δι' ἀγγέλων* aliquis cogitare possit de Pittacisii (*Ἐφ. Ἀρχ.* 904) *ὀμνύναι δὲ Δία Π[ολιέα*, quod cum litterarum vestigiis etiam aliquantulo magis convenire quam K. non potest negari. In ipsius enim K. apographo indicatur lineola litterae *Γ* apposita (*Γ'*) vestigium quoddam praeter illud *Γ* in titulo ipso apparuisse; fortasse igitur pro *Γ* scribendum est *Π* (cf. ipsius K. restitutionem verbi *παρασχεῖν* vs. 12). Etiam de tertia restituendi ratione aliquis cogitare possit, si litteram *Π* in titulo exaratam fuisse recte censemus: *διὰ π[ρέσβεων*.

[20]) Boeckh. Acta acad. Berol. 1853, p. 133 (Opusc. VI, 185) et L. V, 1536a: *ὁρκῶσαι δὲ ἀγγέλους ἐλθόντας παρ' Ἑρμίου καὶ τῶν ἑταίρων μετὰ τῶν στρατηγῶν ἐν οὐλοθυσίαις ἱεροῖς τελείοις, τὰ δὲ ἱερὰ παρέχειν τὴν πόλιν· ὁμοίως δὲ καὶ Ἑρμίαν καὶ τοὺς ἑταίρους ὀμόσαι δι' ἀγγέλων.*

[21]) Nolim Boeckhio plane contradicere, qui rem ita explicat (l. l. p. 191), ut contendat amicos illos socios fuisse Hermiae, scilicet duces, qui urbibus et castellis praeessent. Hoc tamen mihi premendum esse videtur audire illos socios non *συμμάχους*, sed significari eos ea voce (*ἑταῖροι*), qua non solent homines societate coniuncti significari, sed homines factioni cuidam addicti. Hermiae vero illi et amicis non eandem auctoritatem ab Erythraeis attributam esse, quam rei publicae alicui vel regi ab omnibus agnito, iam ex eo cognoscere licet, quod ad Hermiam non, ut fieri solet in foedere cum civitate vel rege faciendo, etiam ab Erythraeis legati mittuntur, sed Erythris iura iuranda omnia fiunt.

[22]) V, 82, 4: *καὶ ὕστερον ἐλθόντων πρέσβεων ἀπό τε τῶν ἐν τῇ πόλει ἀγγέλων καὶ τῶν ἔξω Ἀργείων.*

est eiciendum, de praeferenda voce *ἄγγελοι*, quae in ipsum alterius vocabuli locum sit reponenda, cogitari potest, cum hi quoque legati ab utraque factione Argivorum missi sint, ut reconciliatio populi fieret, et multo facilius intellegatur, quomodo *πρέσβεις* explicandi *ἄγγελοι* causa additum in textum irrepserit.

Longe aliter res se habet in titulo quodam Iliensi, in quo *ἄγγελοι* iuxta vocem *πρέσβεις* de eadem legatione invenitur usurpatum[23]). Hanc rem apparet ex dicendi ratione rhetorica et ambagibus plena explicandam esse, quam in universum titulum exhibere Hirschfeldius[24]) optime significavit. Utitur enim is, qui titulum composuit, voce generali (*ἄγγελοι*), ne propriam (*πρέσβεις*), quam modo scripsit, intra breve spatium repetat[25]).

In duobus tantum locis causas certas afferre non possumus, cur *ἄγγελοι* vox de legatis videatur usurpata esse. Unum, qui exstat in titulo Delio[26]), plane omittere licet. De restituenda quidem voce *ἄγγελοι* dubitari vix posse videtur, quamquam nil nisi extrema pars (*λοι*) servata est, quaenam vero fuerit auctoritas hominum illorum ad Ptolemaeum Philadelphum regem, ut Boeckhius existimat, missorum, ex paucis lineis nobis servatis cognoscere non licet. Altero vero loco decreti cuiusdam Rhodiorum[27]), quo foedus cum Hierapytniis factum continetur, negare non possumus inveniri *ἄγγελόν*, qui a re publica bene constituta mittatur et legati munere fungatur; iura enim iuranda a re publica accipere legatorum esse concedendum est. Sed ne hunc quidem hominem ab eis ipsis, qui eum publice miserunt, verum legatum existimatum esse pro certo contenderim. Aut enim propterea, quod non cum civitate, ad quam missus erat, agere debebat, sed formas iuris iurandi accipiendi tantum exsequi, legati nomen ei denegatum est[28]), aut quod — et hoc

---

[23]) Arch. Ztg. 1875 vol. XXXII, p. 151 vs. 23: *ἐπειδὴ Μαλούσιος ἀποστελλόντων συνέδρων πρέσβεις εἰς τὸν βασιλέα ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ αὐτονομίας τῶν πόλεων, τῶν κοινωνουσῶν τοῦ ἱεροῦ καὶ τῆς πανηγύρεως ἔδωκεν ἄτοκα χρήματα τοῖς ἀποστελλομένοις ἀγγέλοις, ὅσα ἐκέλευον οἱ σύνεδροι.*

[24]) Arch. Ztg. 1875 l. l.

[25]) Cf. eandem rationem dicendi apud Aesch. III, 95, ubi verba *ἀφικνεῖται γὰρ πρὸς ὑμᾶς οὐκέτι δι' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτός* referenda sunt ad legatos § 91 (*ἀποστέλλει δεῦρο πρέσβεις*) commemoratos (v. etiam i. n. 31).

[26]) CIG II, 2267. [27]) Mnemos. I, p. 75 no: I, vs. 93.

[28]) Si quis ita rem comparatam esse sibi persuadeat, facile ad eam sententiam adducatur, ut in uno alterove titulo eorum, quos modo tractavimus, homines publice missos *ἀγγέλους* propterea esse dictos existimet, quod eis non cum civitate agendum esset, sed iusiurandum accipiendum vel praestandum. Et de Erythraeorum decreto vel Boeckhius huic sententiae favisse videtur, cum compararet cum *ἀγγέλοις* ibi commemoratis nostrum *ἄγγελον* Rhodiorum. De hac quidem re plane certum iudicium tum demum proferre licebit, cum, quod in animo est, de conventionibus inter civitates Graecas per iura iuranda sollemniter confirmatis accuratius disputaverimus. Illud tamen statim hoc loco premen-

verisimilius est — in missionem hominis illius ea, quae legationis sollemniter missae propria erant, omnino non quadrabant[29]), cum Rhodii tum quidem fortasse propter rei exsequendae exiguitatem legationem mittere supersederent et simplici nuntio contenti essent.

Vidimus certis de causis nonnunquam homines publice missos legatorum similes *ἀγγέλους* esse dictos. Sed veros Graecorum legatos nominatos esse *ἀγγέλους* locis modo tractatis eo minus comprobatur, quod decretis omnium civitatum, in quibus legati hoc nomine significati esse alicui videri possint, alia opponenda sunt earundem civitatum, in quibus nomine usitato *πρέσβεις* vel *πρεσβευταί* dicantur, id quod unusquisque ex conspectu formarum paullo infra a nobis dato facile intelleget.

Quoniam demonstravimus legatos Graecorum ab omnibus scriptoribus praeter Herodotum diversos ab eis, quos *ἀγγέλους* dicebant, habitos esse, iam eorum provincia a praeconum accuratius segreganda videtur. Quorum res quamquam non in animo est hoc loco accuratius tractare, tamen ea afferenda sunt, quae necessaria videntur, ut a legatis accurate distingui possint. Ac primum quidem statuendum horum quoque notionem diversam esse a nuntiorum. Commemoratione satis dignum est, quod iam Herodotus eos diligentius ab illis, quos *ἀγγέλους* dicit, seiungit[30]). Ex verbis enim (VII, 9, 2): *τοὺς (Ἕλληνας) χρῆν — κήρυξί τε διαχρεωμένους καὶ ἀγγέλοισι καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι* apparet diversa genera hominum publice missorum putasse eum praecones et legatos. Etiam apud posteriores scriptores praecones cum a nuntiis[31]), tum a legatis distinguuntur. Xenophontem quidem

---

dum est, differre legatum Rhodiorum ab illis, qui in ceteris decretis commemorantur, imprimis ab Hermiae, quod hic accipere tantum debeat iusiurandum, illi etiam dare.

[29]) Unum etiam nobis cognoscere licet, quo distat missio illa ab usitata Rhodiorum legatione. Solebant nimirum Rhodii, ut pleraeque res publicae Graecae, plures homines in legationem mittere (v. i. § 5, n. 150—153), hoc loco contra usum unus mittitur.

[30]) De solis eis, qui a barbaris mittuntur, utroque utitur nomine: III, 63, imprimis I, 76 coll. c. 141. — VIII, 54 is qui modo *κῆρυξ* modo *ἄγγελος* dicitur pro nuntio habendus esse videtur. — Nil concludendum est cum Ostermanno (de praec. Gr. p. 9) de Herodoti inconstanti dicendi ratione ex I, 21, ubi legatus Alyattis regis modo *κῆρυξ* audit modo *ἀπόστολος* (cf. V, 38: de homine vocabulum *ἀπόστολος* dictum, qui legati munere fungitur); haec enim vox cum omnino generalem tantum sensum haberet, potuit a scriptore variandi sermonis causa de eo usurpari, qui proprie *κῆρυξ* dicendus erat (cf. s. n. 25).

[31]) Xen. Hell. VI, 4, 19 homo post pugnam ad Leuctra factam Athenas missus et *ἄγγελος* et *κῆρυξ* audit. Neque tamen mirandum est scriptorem in homine illo significando sibi non constitisse. Neque enim praeconis similis videtur homo ille publice missus, qui, cum auxilium ab Atheniensibus postulet, legati potius munere videtur fungi. In universum vero ex tota narratione, verbis dico *εὐθὺς μετὰ τὴν μάχην ἔπεμψαν εἰς Ἀθήνας ἄγγελον ἐστεφανωμένον* et ratione, qua Athenienses cum eo agant (v. i. § 8, n. 41), apparet omnino non ordinario

eosdem promiscue πρέσβεις et κήρυκας dixisse Muellerus[32]) contendit, sed omnium locorum, qui vel ab illo allati sunt, vel praeterea afferri possunt[33]), ratio peculiaris habenda est; ibi enim sermo est de hominibus a rege Persarum missis, in quibus significandis scriptor Graecus dubius haerere poterat, utrum melius praecones an legati audirent.

Ut nomina praeconum et legatorum ita etiam negotia in universum diversa erant[34]). De nonnullis vero rebus cum et praeconem et legationem mitti potuisse concedendum sit[35]), iam in causis ab utrisque tractatis non omnis rei diversitas posita fuisse potest.

Recte in universum neque tamen satis accurate Suidas (s. v.) distinguit praeconem et legatum his: κῆρυξ ἐν πολέμῳ, πρέσβυς ἐν εἰρήνῃ. Pleraque praeconis negotia cohaerent cum bello: solet per praeconem bellum indici, per eundem, si non plane finiri, induciae tamen fieri. Accedit, quod ipso bello florente cum legatis hostium non agebatur; necesse enim erat, ut antea formis quibusdam sollemnibus pristinus amicitiae status in breve saltem tempus restitueretur per praecones[36]). Haec igitur omnia munera, quae praecones, cum esset bellum, exsequi solebant, erant praeconum propria[37]); neque ad ea curanda legati soli unquam mittebantur[38]). Quoniam vero nonnulla negotia fuisse praeconibus etiam in pace videmus, aliud praeterea discrimen statuendum videtur inter legatos et praecones. Legatis id semper committebatur, ut cum altera civitate agerent, praeconum nil erat nisi mandata civitatis suae civitati alteri sollemniter nuntiare[39]); imprimis igitur ad ea mittebantur indicenda, quae civitas altera ab altera postulabat. Semper autem res ita comparata erat, ut civitas illa,

---

modo egisse Thebanos, cum mitterent praeconem illum pugna modo facta auxilium petiturum. — Nihil miri habet, quod Diodorus, cum diceret de consilio hominum mittendorum, usus est (XIV, 46, 5) voce generali ἄγγελοι (διενοεῖτο πέμπειν ἀγγέλους), dein vero, ubi missionem ipsam enarrat (47, 1), dicit missum esse praeconem; cf. n. 25, ubi πρέσβεις et ἄγγελοι de eisdem dicitur.

[32]) l. l. p. 26, n. 16.

[33]) Anab. II, 1, 7 dicuntur ei, qui a Persarum rege mittuntur, κήρυκες, eorum princeps II, 1, 18: ὁ παρὰ βασιλέως πρεσβεύων. Eidem, qui Anab. II, 3, 1 κήρυκες audiunt, vocantur II, 3, 3; 4; 6; 9: ἄγγελοι, III, 1, 28: πρέσβεις (cf. Herodoti rationem dicendi n. 30).

[34]) Pollux (VIII, 137), postquam de legatis exposuit, pergit: ἑτέρας δὲ χρείας κῆρυξ καὶ σπονδοφόρος.

[35]) velut ad bellum indicendum; cf. Muellerum (l. l. p. 26), qui ipse optime docuit, quidnam interesset sive praeco mitteretur, sive legatus.

[36]) v. i. § 6.

[37]) Cf. negotia praeconum apud Poll. VIII, 139 enumerata.

[38]) Una cum praeconibus legati etiam belli temporibus mitti poterant v. i. § 6.

[39]) Contra Heysii sententiam (l. l. p. 7, 1) premendum puto, sollemni quodam modo praeconem ea, quae nuntianda erant, retulisse, et propterea etiam pacis temporibus eum diversum fuisse a quolibet nuntio; quod ni ita esset, omnino non intellegeremus, quomodo de praeconibus pace florente missis sermo esse posset.

quae praeconem mitteret, cum altera de re ipsa, ut de certa, verbis omnino decertare nollet[40]). Videntur igitur praecones temporum historicorum simillimi praeconum aetatis Homericae: ut hi ministri erant regum, ita illi civitatis ministri erant, cum legati rei publicae quasi personam agerent apud eos, ad quos missi essent. Qua cum re optime convenit, quod a plerisque civitatibus Graecis[41]) praecones singuli mittebantur[42]), legationes vero complures cives obire solebant[43]).

Quoniam legatorum provinciam a ceterorum hominum publice missorum segregavimus atque de veris legatis omnibus locis prae-

---

[40]) Apparet hanc agendi rationem habere aliquid antiquioris austeritatis; quare omnino rarissime videmus praeconem pacis temporibus missum (cf. Plut. Per. XXX), et posterioribus temporibus, cum mores commercii publici magis magisque humani fierent, videntur Graeci plerumque praetulisse pace quidem florente per legatos agere. Neque igitur mirabimur, quod in titulis Atticis nullos praecones commemoratos habemus nisi eos, qui ab Atheniensibus ad socios prioris societatis mittebantur; illis enim sociis praecones tanquam subiectis ea, quae Athenienses imperabant, nuntiabant (cf. CIA I, 37, 38, 47, *Ἀϑ.* VIII, p. 409 ex coni. Kuman.). Quod ad alias civitates attinet, sola in Ptolemaei regis epistula ad Pergamenos, ut putat Boeckhius, missa (CIG II, 3537) commemorantur *κήρυκες*; quaenam vero fuerit vis horum praeconum mihi perspicere non licuit.

[41]) Argivi consuetudinem habebant duos praecones mittendi, quam ut peculiarem commemorat Xen. Hell. IV, 7, 3: *ἔπεμψαν, ὥσπερ εἰώϑεσαν, ἐστεφανωμένους δύο κήρυκας ὑποφέροντας σπονδάς*; videtur enim illud *εἰώϑεσαν* non de more praeconum coronandorum tantum intellegendum, sed etiam de numero praeconum.

[42]) Paucis quidem scriptorum locis numerus pluralis legitur. At nonnullorum locorum ratio peculiaris est. Non mirabimur de barbarorum *κήρυξι*, qui potius legati videntur quam praecones (v. s. n. 33, quibus locis adde Diod. IX, 31, 4. — Cf. etiam *κήρυκας* Romanos: Dionys. I, 65, II, 37 etc.). Nihil etiam auctoritatis tribuendum est *κήρυξιν* heroicis temporibus missis (Paus. IX, 25, 4). — Diod. XVIII, 17, 6 videtur de compluribus praeconibus, qui singuli a singulis civitatibus Graeciae ad Antipatrum mittebantur cogitandum esse. — Xen. Hell. IV, 3, 21 commemorantur *κήρυκες* de petendis ab hostibus corporibus mortuorum missi; neque vero hic unus locus, ubi facillime *κήρυκας* ex *κήρυκα* corrumpi poterat, quidquam valet contra usum constantem, ex quo vel de petendis corporibus mortuorum sexcentis locis legimus Graecos unum misisse praeconem. — Plut. Cleom. XXVI: *ἔπεμψε κήρυκας τὰς κλεῖς ἀξιῶν τοῦ Ἡραίου λαβεῖν* eadem mutatio facillime fit; si tamen cui scriptura tradita tenenda videretur, testimonium esset scriptoris aetate posterioris. — Exemplum certissimum complurium praeconum una missorum habemus Xen. Hell. III, 1, 18. Res tamen singularis minus miranda est in hominibus missis a Graecis quidem, sed incolis urbis Persarum imperio subiectae.

[43]) Cf. § 5 et rationem dicendi, qua utuntur scriptores, cum de praeconibus et legatis una comprehensis loquantur: *πρεσβεία καὶ κῆρυξ* (Thuc. V, 80, 1) vel *κῆρυξ καὶ πρέσβεις* (Dem. XII, 4). (Etiam certis quibusdam de missionibus eadem ratio dicendi invenitur: Thuc. II, 12, 2, IV, 118, 6, Aesch. II, 13 etc.) In numero vero plurali: *κήρυκες καὶ πρεσβεῖαι*: Dem. XIX, 185, Aesch. I, 23, Poll. VIII, 96 (Thuc. IV, 118, 13 tantum *πρέσβεις καὶ κήρυκας* exhibet, quod fortasse in *πρεσβείας καὶ κήρυκας* mutandum).

ter Herodoteos demonstravimus unam inveniri vocem usurpatam, de variis eius formis accuratius disserendum est.

Duas exstare formas notum est eiusdem radicis *πρεσβυ*[44]), quibus Graeci utuntur in significandis legatis publicis, breviorem *πρέσβυς* et a verbo derivatam *πρεσβευτής*. Notissimus est etiam scriptorum, Atticorum imprimis, usus, qui altera forma utuntur in plurali, altera in singulari numero. Iam accuratius hanc in rem inquirere liceat; non enim sine fructu nos, qui res imprimis legatorum cognoscere volumus, in formarum illarum usu cognoscendo operam posuisse infra videbimus.

Atheniensium scriptorum nulli nisi antiquiores formae simplicis *πρέσβυς* numero singulari utuntur, ita ut omnino duobus tantum vel tribus locis inveniatur[45]). Forma *πρέσβεις* in plurali numero apud omnes Atticos scriptores sola[46]) usurpatur, cum omnino de tota quadam et certa legatione sermo sit[47]). De Dinarcho[48]) enim et Aristotele[49]), apud quos primos certiora quaedam vestigia formae *πρεσβευταί* inveniuntur, aliquis dubitare possit, num Atticis scriptoribus plane adnumerandi sint.

In aliorum populorum Graecorum usu, qui fuerit in usurpandis vocabulis *πρέσβεις* et *πρεσβευταί*, cognoscendo scriptorum testimoniis non adiuvamur. Inter posteriorum autem temporum scriptores, quorum libros habemus, nemo forma *πρεσβευταί* sola usus est, nonnulli

---

[44]) Radicem *πρεσβι*, quam Dindorfius (Thes. vol. VI, p. 1585) secutus scholiastam ad Aristoph. Ach. vs. 93 statuendam esse censet, hoc loco missam facimus; qua de re cf. i. n. 137.

[45]) Aeschyl. Suppl. v. s. n. 5; Aristoph. Ach. 93; Schol. Il. δ, 394: *ὁ πρέσβυς οὔτε τύπτετ' οὔθ' ὑβρίζεται*, quae quidem verba proverbialiter dicta utrum ab initio de legato an potius de sene intellegenda sint, aliquis dubitare possit. — Quod ad rationem dicendi temporum recentissimorum attinet, nimirum nil valet, quod Suidas quoque s. v. *κῆρυξ* hanc formam praebet. Etiam in excerpto Dionysii (XIX, 5 Kiessl.) ea minime scriptori ipsi debetur.

[46]) Duobus locis, ubi in Thucydidis codicibus *πρεσβευταί* invenitur (VIII, 77; 86, 1) illud glossema eiciendum esse nemo dubitat. Haud magis dubito unum Demosthenis locum (XXIV, 12) corrigere, ubi forma *πρεσβευταί* invenitur, cum sexcenties apud eundem scriptorem legamus *πρέσβεις*. Scribendum igitur propono: *ἡ τριήρης — ἡ Μελάνωπον ἄγουσα καὶ Γλαυκέτην καὶ Ἀνδροτίωνα πρεσβεύοντας* (pro *πρεσβευτὰς*) *ὡς Μαύσωλλον*; qua mutatione facta etiam oratio melius cadit. (Minus placebit Heysii *πρέσβεις* l. l. p. 18.) — In titulo et prima paragrapho Lys. or. 27 quod invenitur *συμπρεσβευταί*, nunc satis constat notionem legatorum hoc loco a librario insertam esse minimeque cum rebus in oratione tractatis convenire. (De forma *συμπρεσβευταί* v. etiam i. § 5, n. 4.)

[47]) De forma *πρεσβευταί* aliter usurpata v. i. § 5, n. 4.

[48]) I, 20, 82 (de hoc loco v. etiam § 5, n. 4).

[49]) Duobus tantum locis (polit. II, 9, p. 1271a vs. 24 et ibd. IV, 15, p. 1299a vs. 19) inveni certam legatorum commemorationem; quam minuta vero his duobus locis tribuenda sit auctoritas in formarum usu statuendo, apparet ex § 5, n. 4.

solam exhibent πρέσβεις, plerique utraque utuntur promiscue[50]). Iam Polybius utramque usurpat, ut hoc modo orationem variet[51]). Quem secuti sunt Diodorus[52]), Dionysius[53]), Strabo[54]). Fere constantem usum exhibet Plutarchus in vitis; solet enim ille exceptis quinque locis[55]) forma πρέσβεις uti[56]), secutus fortasse hac in re auctoritatem scriptorum antiquiorum, quorum ex libris res narratas deprompsit[57]). Arrianus[58]) et Pausanias[59]) forma πρέσβεις sola utuntur.

Multo accuratiora de Graecorum in usurpandis hisce formis consuetudine ex titulis licet enucleare.

In titulis Atticis videmus formam πρέσβεις usque ad tempora satis recentia constanter usurpatam[60]), ita ut hac in re cum scrip-

---

[50]) Monendum tamen videtur hac in re iudicium caute proferendum esse, cum nesciamus, quantum hac in re codicibus tribuendum sit.

[51]) De Polybii ratione dicendi cf. Kaelker: De elocutione Polybiana. Stud. Lips. III, p. 260 et Büttner-Wobst: Fleckeis. Ann. 1884, p. 119.

[52]) Cf. e. gr. XI, 40, 2; XIII, 43, 3 — 44, 1; XIV, 93, 4; 113, 4sqq.; XV, 25, 4sqq. etc. — Observare quidem etiam licet multo saepius forma πρέσβεις usum esse Diodorum.

[53]) Cf. e. gr. VI, 70; VIII, 9; 37; 68; X, 22; II, 51—52, ubi binas formas binae alterius generis sequuntur. Negari tamen non potest aliis locis unam formam saepius repetitam inveniri: cf. e. gr. IV, 59—61, ubi quater πρέσβεις, V, 31 sq., ubi ter πρεσβευταί legimus. — Dionysius item ac Diodorus breviorem formam multo saepius exhibet.

[54]) Octo tantum locis commemorantur legati; πρεσβευταί: III, 4, p. 166 sq., C (253 A) (ter); πρέσβεις: VIII, 6, p. 584 A (381 C); XV, 1, 28, p. 1022 A (698 C); XVI, 4, 27, p. 1132 A (785 C); XVII, 1, 11, p. 1147 A (796 C); 19, p. 1154 A (802 C).

[55]) Timol. IX, X, Sulla XXIII, Lucull. XXVII (v. i. § 5, n. 4), Demetr. XI (v. i. § 5, n. 4). Non neglegendum censeo, quod hae vitae posteriorum hominum imprimis Romanorum sunt.

[56]) Plut. Pelop. XXX (quater), Lys. XXIII, Nic. X, XII, Phoc. XVII, XXVI, XXVII (bis), Arat. XXXIX, Philop. XXI, Tit. VII, X, XVII, Alc. XIV, XXXI, Pyrrh. XIII, XX, XXVI, XXXI, Sert. X, XXIII, Pomp. LX, Ages. XXII, XXVII, Luc. XXXV, XXXVI, Coriol. XXX (bis), XXXII, Timol. II, III XXIII, Mar. XXIV, Sulla IX, XXIII, Alex. V, LVIII, Arist. X (ter), Per. XXX, Demosth. XXVII, Demetr. III, IX, XXX, XXXIV, Dion. XXX (quater), XXXVII, XL, XLIII.

[57]) Cf. e. gr. Philochori locum ad verbum descriptum (Aristoph. Pac. schol. vs. 648), qui exhibet πρέσβεις.

[58]) I, 4, 6; 10, 3; 24, 5; 26, 2; 27, 3; 28, 1; II, 14, 1; 15, 2; 6; 7; 16, 7; 8; 25, 1; III, 6, 2; 23, 7; 8; 24, 3; 4; IV, 1, 1; 5, 1; 15, 1; V, 1, 3; 4; 8, 3; 20, 5 (bis); 6; 21, 3; 29, 4; VI, 2, 1; 14, 1; 15, 1; 5; 16, 1; VII, 14, 6; 15, 4; 19, 2; 23, 2.

[59]) I, 12, 2 (bis); 5; IV, 5, 2; 12, 2; VII, 9, 3 (bis); 12, 2 (bis); 13, 4; 14, 2; IX, 38, 6.

[60]) CIA I (33 cf. IV ex coni.) 33a, 40, 61a, II, 15 (suppl. Mitth. d. deutsch. arch. Inst. z. Ath. II, p. 138) (Ἀθ. V, 520); 15b (N. Add.), 17, 18, 19, 49, 50, 51, 52, 52c, 58, 64 (suppl. Mitth. d. d. a. I z. A. II, p. 209), 66, 86, 87, 88, 89, 90, 108, 109, 135b, 164, 165, (166), 191, 235, 238, 239, 251, 254, 286, 297, 300, 301, (310), 311, 332, 366, 415, 488, 552, Ἀθ. VI, p. 152 (Rh. Mus. XXXIII p. 418), Ἀθ. VI, p. 270 (suppl. Mitth. VII, 314 sqq. frgm. bc), Mitth. II, 212, 197 (ibd. 291 et Ἀθ. V, 424), IV, 30, Bulletin

toribus plane consentiant tituli; a medio demum saeculo altero videtur etiam *πρεσβευταί* forma in usum venisse, quamquam concedendum est de aetate tituli, in quo primo[61]) invenitur, dubitari posse[62]).

De ceterorum populorum Graecorum usu dicendi non tam certa docere possumus, quam de Atheniensium, propter paucitatem titulorum, imprimis eorum, qui eiusdem rei publicae servati sunt. Haec paucitas eo magis dolenda est, quod vel antiquiores tituli rarissimi sunt, quos nostra in re disceptanda imprimis adire debemus; videmus enim posterioribus temporibus formam *πρεσβευταί* magis magisque in usum venisse apud eos, qui antea forma *πρέσβεις* solebant uti.

Formae brevioris singularis invenitur in Aeolicae civitatis[63]) et in Peltenorum decreto[64]) usurpatus[65]); qui tituli cum haud magnae sint antiquitatis, equidem dubito, utrum eae formae iam antiquitus ibi in usu fuerint, an temporibus illis, cum vetus linguae Graecae consuetudo iam abolescere coepisset, ad exemplar usitatarum pluralis formarum (*πρέσβεις* etc.) denuo formatae sint.

Formam *πρέσβεις* legimus in decretis nonnullis in Cycladibus insulis compositis; habemus enim eam in decretis Cei[66]) et Deli[67]). Sporadum hoc loco commemoranda est Calymna[68]), cui statim ad-

---

de l'école franç. d'Ath. no: XII (1871), p. 247 no: 56; praeterea CIA III, 39a (40). — Quod hoc loco et infra totam molem exemplorum contulimus, hoc etiam eo consilio fecimus, ut unusquisque eos titulos, in quibus legatorum expressa mentio fit, uno conspectu ante oculos habeat. Propterea etiam addere liceat titulos, ubi pro voce *πρέσβεις* habemus *πρεσβεία*; inveniuntur exempla vel in antiquioribus titulis: CIA I, 20, 27a, 40 (v. *πρέσβεις*), 41, 43, 51 (v. IV), 96 (v. IV), II, 1b; cf. recentiores titulos II, 311 (v. *πρέσβεις*), 323, 409, 433 (praeterea *πρεσβεῖαι* commemorantur: CIA II, 302, 319).

[61]) CIA II, 386. — Agitur in hoc titulo de honoribus Aetolo cuidam conferendis, ita ut facile alicui titulus antiquior videri possit; Koehlerus, siquidem verba eius obscuriora recte intellexi, videtur hac ipsa de causa, quod invenitur forma *πρεσβευταί*, decretum nostrum Romanorum temporibus attribuisse.

[62]) Decreta de legatis eis temporibus composita, cum Romanorum potestas Athenis vigeret, tam pauca tradita nobis sunt, ut etiam forma *πρεσβευταί* nisi in titulo n. 61 commemorato non inveniatur.

[63]) CIG II, 3640 vs. 31: *πρέσβεια* (Accus.).

[64]) CIG II, 3568f vs. 1: *πρέσβεως*.

[65]) Quod Meier (De diaetetis Att. p. 59) voluit legi in tit. Orchomenio (Rangabé, Ant. Hell. 703; Keil, Sylloge inscr. Boeot. 1847 no: IVb) *πρέσβεια*, hoc nimis incertum est; potest etiam restitui *πρέσβεις* (Rang.) vel *πρεσβείαν* (K.).

[66]) CIG II, 2355 (Ἐφ. ἀρχ. 1843 post p. 637 Tab. IV); L. IV, 1765 (Ἐφ. ἀρχ. 1843 post p. 637 Tab. I no: V); Ἐφ. ἀρχ. 3529; cf. CIA II, 546, ubi certum legatorum nomen evitatur, cuius quidem tituli, cum ab Atheniensibus lapidi incisus sit, ratio peculiaris videtur.

[67]) CIG II, 2270 vs. 31 (ad usum dicendi Deliorum statuendum hic quidem titulus non multum valere potest, quoniam est Deli ab Atheniensibus occupatae).

[68]) Ἐφ. ἀρχ. 3142.

iungere liceat paeninsulam proxime sitam, Cnidum[69]). Eandem formam habemus in titulis Lesbiacis[70]), in Samothracio[71]), in decreto civitatum illarum consociatarum, quae Ilii convenire solebant[72]), in decreto Athamanum[73]), Agrigentinorum[74]), praeterea in rescriptis regis Antigoni ad Eresios[75]) et ad Teios[76]) missis, in arbitrio Lysimachi regis de controversia inter Samios et Prienenses facto[77]).

Breviores formas ex legibus dialectorum variatas non habemus nisi in titulo Boeotorum[78]) ante paucos annos invento, in quo pecuniae a nonnullis civitatibus ad bellum contra Phocenses gerendum datae enumerantur, formas *πρισγέες* et *πρισγεῖες*[79]).

Forma *πρεσβευταί* multo saepius occurrit in titulis. Habemus eam in decretis Milesiorum[80]), Smyrnaeorum[81]), Erythraeorum[82]), Iliensium[83]), Lampsacenorum[84]), Mylasensium[85]), Trallianorum[86]), Prusensium[87]), Sestiorum[88]); e numero decretorum in insulis compositorum nominanda sunt conventus *νησιωτῶν* Tenii[89]), Astypalaeensium[90]), Rhodiorum[91]); decretorum in ipsa Graecia repertorum: Hermionensium[92]), Messeniorum[93]), Eleorum[94]), Boeotorum[95]), Aetolorum[96]);

---

69) Newton, Halic. Cnid. and Branchidae II, no: 48 (nisi forte titulus, quamquam Cnido inventus est, alius est rei publicae).

70) Conze, Lesbos, Taf. XII A vs. 33 (cf. p. 35) (*πρεσβέες*) et in titulo Augusti demum temporibus composito CIG II, 2167 d (Conze l. l. Taf. VII, 1).

71) Conze Hauser Niemann, Samothrake 1875 p. 40 n. 6.

72) Arch. Ztg. 1875 p. 151 vs. 24 (v. i. titulum Ilii novi n. 83).

73) L. V, 83. 74) CIG III, 5491 (*πρέσβεες*).

75) Conze, Lesbos Taf. XII, B vs. 34 (cf. p. 37).

76) L. V, 86, vs. 93.

77) CIG II, 2254. — Consulto omisimus in conspectu formae *πρέσβεις* modo a nobis proposito decreta, quae imperatorum Romanorum temporibus composita sunt, eorum nimirum nulla ratio habenda est, cum usum civitatis cuiusdam Graecae statuimus; eiusmodi est decretum Gytheatium (CIA III, 668), epitaphium legati Lycii (CIG III, 6271), similia. Item omittenda erunt eorundem temporum decreta, quae formam *πρεσβευταί* exhibent, velut Boeotorum (CIG I, 1625 = L. III, 588), Laodicenorum (Arch. Ztg. 1862 p. 296*).

78) *Ἀθ*. III, p. 479.

79) Commemoratione dignum videtur, quod forma *πρῖσγυς* accurate convenit cum latina „priscus"; cf. autem Curtii (Grundzüge etc. edit. 5. p. 479) sententiam.

80) Arch. Ztg. 1876 tit. el. no: 16 B.

81) CIG II, 3137 vs. 21—33 (octies).

82) Rangabé, Ant. Hell. no: 737, 738 (Curtius, Anecd. Delph. 68, 69).

83) CIG II, 3595 vs. 21, 29, 42. 84) Mitth. VI, 96 sq. saepius.

85) CIG II, 2693 (L. V, 399), (decretum fortasse ex regionibus M. proximis ortum).

86) Bulletin de Corresp. hell. III, 466. 87) Rh. Mus. XXVII, p. 324.

88) Hermes VII, p. 114 vs. 11, 22, 25. 89) CIG II, 2334.

90) CIG II, 2485 vs. 48.

91) Mnemos. I, p. 79 sqq. no: I vs. 88 sqq.; L. V, 251 (2679); dubitabimus igitur GIG II, 2905, 3 (B) vs. 10 *πρέσβεις* cum Boeckhio restituere.

92) CIG I, 1193. 93) Arch. Ztg. 1859 p. 112* (L. II, 328 a).

94) Arch. Ztg. 1876 tit. el. no: 16 A.

95) Mitth. VII, 355. 96) L. V, 85 (3046).

praeterea occurrit forma πρεσβευταί in decretis Abderitarum[97]), Letaeorum[98]), Olbiensium[99]), incertarum rerum publicarum[100]), in rescripto Antiochi[101]) et Philippi V. regis Macedoniae[102]).

Etiam in Creticis quibusdam titulis invenimus formam πρεσβευταί; qui tamen quoniam omnes fere a Teis exarati sunt, formam fortasse ex Teiorum ratione dicendi originem duxisse suspicatus est Ahrensius[103]); habemus eam in decretis Eleuthernaeorum[104]), Polyrrheniorum[105]), Sybritiorum[106]), Lappaeorum[107]), Istroniorum[108]), Allariotarum[109]), Arcadum[110]), Hierapytniorum[111]).

Plerumque leguntur Creticis in titulis formae dialecto variatae, quae tamen omnes comparandae videntur cum forma longiore πρεσβευταί.

πρεσγευταί forma proxime ad vulgarem accedens non solum in titulo Cretensi ab homine dialecti haud satis perito Athenis insculpto[112]) invenitur, sed etiam in decretis Cydoniatarum[113]) et Apolloniatarum[114]).

πρειγευταί forma saepissime occurrit in titulis Cretensibus; habemus enim in decretis Vauxiorum[115]), Latiorum[116]), qui etiam ad Camaram siti dicuntur[117]), Cnosiorum[118]). Nec raro πρεσβευταί et πρειγευταί in eodem titulo invenitur: in decreto Arcadum[119]) et in decreto ab Olontiis et Latiis una deliberantibus facto[120]). In

97) Corr. hell. IV, p. 48.
98) Duchesne et Bayet. Mémoire sur une mission au mont Athos p. 80, no. 127 (Rev. arch. N. S. XXIX p. 6 et 176).
99) CIG II, 2058 A vs. 89 sqq.
100) L. V, 206; CIG II, 2670 vs. 12 (Dor. civ.). — Adde decretis civitatum technitarum Ionicorum (L. V. 281) decretum.
101) Monatsb. d. berl. Ak. 1875 p. 554.
102) Corr. hell. VI, p. 171.
103) De dial. Dor. p. 111. — Quominus vero huic Ahrensii suspicioni nimium tribuamus, eo impedimur, quod etiam in titulis a Cretensibus ipsis exaratis, quos nunc comparare nobis licet, habemus formam πρεσβευταί: cf. n. 111 et n. 120.
104) L. V, 71 (3047).
105) L. V, 62 (3054).
106) L. V, 66 (3049).
107) L. V, 68 (3056).
108) L. V, 70 (3048).
109) L. V, 73; CIG 2557.
110) L. V, 80 (3052) quinquies; v. n. 119.
111) Mnem. I, p. 114 no: III.
112) CIA II, 547: πρεσγευτάνς (cf. paullo infra ibd. πρεσγεύοντας).
113) L. V, 64 (3055). Male mutavit Lebasius ipsius ectypi litteras, cum titulum transcriberet.
114) L. V, 60. Leb. etiam hoc loco Naberum (Mnem. I, p. 123 no: VI) secutus mutatis litteris traditis scripsit sine causa idonea πρειγευταί.
115) L. V, 65 (3050).
116) L. V, 67 (3058).
117) L. V, 74.
118) L. V. 61 (id quod ectypon exhibet περιγευτάς non potest nisi error lapicidae esse; v. n. 123).
119) L. V, 72, vs. 4 πρειγευταί (falso transcripsit ipse Leb.), vs. 20 πρεσβευτᾶ, vs. 21 et 45 πρειγευταῖς; v. n. 110.
120) Corr. hell. III, 292: vs. 1: πρειγευσάντων, vs. 18: πρειγεία, vs. 26: πρειγευτάς, vs. 44: πρεσβευτάς, vs. 47: πρεσβευτᾶν.

decreto Rhauciorum[121]) legitur praeter formas πρεσβευταί et πρειγευταί etiam tertia πρεισγευταί[122]).

πρεγγευταί invenitur in titulo Cnosiorum[123]), Apteraeorum[124]), Eranniorum[125]), Priansiorum[126]), Bianniorum[127]).

Praeter hasce formas[128]) occurrit etiam plane alia, tanquam superlativa, ex simplici πρεῖγυς formata; sed dubium vel illud est, sitne haec forma de publico legato usurpata[129]).

Itaque apud multo plures civitates derivatam formam in usu fuisse videmus. Per singulas Graeciae regiones formae ita distributae sunt, ut simplicior maxime inveniatur in insulis, imprimis Atticae proximis, rarissime praeter Atticam in ipsa Graecia; πρεσβευταί vero praecipue apud omnes fere civitates Asiae minoris, etiam in ipsa Graecia et in insula Creta.

Ne vero in diversitate regionum omnem causam diversitatis formarum positam esse putemus, eo vetamur, quod in eiusdem civitatis decretis utramque[130]) habemus formam vel eodem in titulo[131]). Sed formam πρέσβεις, ubi una cum altera in titulis alicuius civitatis inveniatur, cum in antiquioribus decretis usurpatam esse observemus, recte nobis contendere videmur non multum valere posse in usu alicuius civitatis genuino statuendo, quod in titulis recentioribus legimus πρεσβευταί[132]). Atque formam

---

[121]) L. V, 63 (3051).

[122]) Cf. Curtius, Grundzüge d. gr. Et. 5. ed. p. 479; Gust. Meyer, Griech. Gramm. § 113, p. 114; Hey, De dialecto Cretica 1869 p. 51.

[123]) L. V, 81 (3053); v. n. 118.

[124]) L. V, 75.

[125]) L. V, 76.

[126]) L. V, 82 (3057).

[127]) L. V, 77.

[128]) Cf. etiam incerta vestigia: L. V, 78 -γευτας, Arch. Ztg. 1879, tit. el. no: 318 -σγευέσθω et alias voces eiusdem radicis: πρειγεία, πρειγῆα (CIG II, 2556 vs. 29 et 32).

[129]) CIG II, 2554 vs. 57: οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας sunt magistratus, cf. CIG II, 2562: βουλῆς πρήγιστος. De legatione aliquis cogitare possit in tit. Richmondi servato: Arch. Ztg. 1875, p. 59 (Transactions of Royal Society I, 1843, p. 15 no. XIV, ubi ex insula Co ortus esse dicitur): πρηγιστεύσαντος.

[130]) Fere constantem usum exhibent decreta Delphorum; πρέσβεις uno tantum invenitur in titulo (Corr. hell. V, 157 vs. 8), in ceteris (L. V, 84, Corr. hell. V, 383, 387, 388 ex coni.) habemus πρεσβευταί. — In Amphictionum decreto antiquiore (CIA II, 551), prima saeculi tertii parte composito, legimus formam πρέσβεις, in altero (ibd.), a viris doctis ad annum 137 a. Chr. n. relato, πρεσβευταί; eandem in decreto eiusdem fere temporis (II, 552 frgm. b). — Cf. etiam decreta Ilii composita, quamquam non plane ab eisdem: πρέσβεις in decreto saec. IV. exeuntis (v. s. n. 72), πρεσβευταί in decreto III. saeculi (v. s. n. 83).

[131]) Cyzicenorum (CIG II, 3655), Bargylietarum (L. V, 87 legimus vs. 49 πρεσβευταί, quae vox etiam invenitur in alio B. decreto: CIG II, 2670 vs. 19; fortasse igitur in vs. 1 pro πρέσβεις restituendum πρεσβείαν), Phariorum (CIG II, 1837b ex Boeckhii coniectura satis incerta), Myrinensium (CIA II, 593 Add. C. ex coni.).

[132]) Cf. inconstantem rationem dicendi, qua iam Polybius usus est (s. n. 51), et eandem in decretis a Romanis compositis: πρέσβεις: CIG II, 2222, Ross, Inscr. ined. 312 etc.; πρεσβευταί: CIG III, 5879 vs. 27 sqq., L. V, 441, Corr. hell. VI, 364 A et B etc.

πρέσβεις antiquioribus temporibus multo frequentiorem fuisse quam posterioribus eo confirmatur, quod exstat in sex scriptis publicis, qui quarto saeculo attribuendi sunt[133]). Antiquissimus vero titulus, in quo forma πρεσβευταί legitur[134]) primae parti saeculi tertii adscribendus est; praeterea in quattuor tantum aliis decretis circa medium saeculum tertium compositis invenitur.[135]) Quae cum ita sint, facere non possumus, quin statuamus ab initio non in omnibus, at in multis civitatibus formam simplicem solam usurpatam esse et posterioribus demum temporibus inde ab initio saeculi tertii[136]) derivatam magis magisque in usum venisse[137]).

Quodsi de origine vocabuli πρέσβεις de legatis publicis usurpati quaerimus, veteribus quidem temporibus apparet senibus tantum munus legati mandatum esse, qua de re infra accuratius exponemus[138]).

Praeter vocem de unoquoque legato publico pariter usurpatam duobus in titulis peculiare negotium addita quadam speciali voce significatur. Audiunt legati quidam Aetolorum, qui reconciliandarum civium factionum causa venerunt, in titulo Messeniorum[139]) πρεσβευταί καὶ διαλυταί; Sardianorum legatus ad oraculum Delphicum consulendum missus θεοπρόπος καὶ πρεσβευτάς dicitur[140]).

Ut hisce duobus locis legatis quibusdam praeter vocem generalem speciale nomen imponitur, ita certa quaedam genera legationum etiam specialibus eiusmodi vocibus solis significari solent, nimirum θεωροί, ἔκδικοι vel σύνδικοι[141]), σύνεδροι[142]), ἱερομνήμονες vel πυλαγόραι[143]), alii. Apparet autem eorum hominum, qui ad certa quaedam negotia curanda mittebantur, causam peculiarem

[133]) Ἀθ. III, p. 479 (v. n. 78); Conze, Lesbos Taf. XII A (n. 70); B (n. 75); L. V, 86 vs. 93 (n. 76); CIG II, 2254 (n. 77. — D. fortasse primis annis s. III. comp.); Arch. Ztg. 1875, p. 151 (n. 130).

[134]) CIG II, 3595 (n. 83).

[135]) CIG II, 3137 (n. 81); L. V, 87 (n. 131); Monatsb. d. berl. Ak. 1875 p. 554 (n. 101); Arch. Ztg. 1859 p. 112* (n. 93).

[136]) Etiam scriptores vix antiquiora exempla exhibere vidimus (n. 48 sq.). Pauci omnino sunt Aristotelis et Dinarchi loci et praeterea eorum fere omnium ratio peculiaris habenda est (v. i. § 5 n. 4). Antiquissimum exemplum esset in epistula Philippi, regis Macedoniae (Dem. XII), quae quidem utramque formam exhibet (cf. § 8 et 18), si omnino huic epistulae hac in re ulla tribuenda esset auctoritas; etsi enim genuina est, vix ita tamen servata, ut ab ipso rege composita est.

[137]) πρέσβεις plane aboluisse Heysius (l. l. p. 19) ex eo concludit, quod in Etymologico Magno voce πρεσβευταί explicatur. Ex conspectu vero formarum a nobis dato apparet hoc ne imperatorum quidem Romanorum temporibus iam factum esse.

[138]) v. i. § 4. [139]) Arch. Ztg. 1859, p. 112*.

[140]) Corr. hell. V, 398.

[141]) Potest igitur Dem. (XIX, 209) de syndici actione uti verbo πρεσβεύειν.

[142]) Cf. Egger l. l. p. 17.

[143]) De his Heysius (p. 19) recte laudat distinctionem a Sauppio factam.

esse neque in eos plane omnia quadrare, quae de legationibus vulgaribus docenda sunt. Itaque horum quae propria sunt, a disputatione nostra iure segreganda censebimus; quae vero cum legatis ordinariis communia habent, in eis comparandi videntur item atque ei *δικασταί*, qui in titulis commemorantur, iudices nimirum ab una civitate ad alteram missi, qui ibi causas iudicarent.

Paullo plenius nobis de theoris tantum dicendum, cum et saepe in titulis commemorentur et provinciam eorum Graeci ipsi non semper accurate a legatorum, qui *πρέσβεις* vel *πρεσβευταί* audiunt, discrevisse videantur.

Duo exstitisse theoriarum genera tenendum est, unum satis diversum a legatorum munere, alterum eius simillimum. Aut enim mittuntur ad dies festos una cum civitate, ad quam missi sunt, celebrandos vel omnino ad sacra quaedam apud exteros facienda aut ut cum civitate aliqua de rebus ad religionem ac sacra pertinentibus agant.

Illud genus, quod a causa nostra fere plane alienum est, saepissime commemoratur[144]). Hominibus igitur illis sacrorum celebrandorum causa missis *θεωρῶν* nomen quam maxime proprium fuisse affirmare licet; neque omnino ullo alio — imprimis non

---

[144]) Eiusmodi videntur omnes theori esse, qui in titulis Atticis commemorantur, ipsorum Atheniensium (CIA II, 181: *ὁ ἀρχεθέωρος ὁ εἰς τὰ Νέμεα*, 490: th. ad diem festum quendam Thespiis celebrandum m.), Milesiorum (CIA II, 442: ad Eleusinia missi), cleruchorum Hephaestiae (CIA II, 592: ad Dionysia, ut videtur, m.) (CIA I, 70, IV, 537 b (?), II, 385, CIG I, 158 vs. 34 non satis cognosci potest, quibus de causis theori illi missi sint). — In aliarum civitatum decretis inveniuntur theori: Atheniensium (*'Αθ.* VI, 369: *ὁ δῆμος ὁ Θηβαίων ἀρχεθέωρον εἰς Ἡράκλεια παραγενόμενον*), Deliorum (CIG II, 2270: ad Panathenaea), Chiorum (Corr. hell. V, 303, vs. 29 ad Soteria), Aetolorum (Corr. hell. V, 372 vs. 21: ad Nicephoria Pergamena), Eleorum (Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 4: *θεαροῖρ τοῖρ — ἀποστελλομένοιρ ποτὶ τὰν θυσίαν καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Διδυμείων*). Sed etiam omnes fere alii theori, quorum negotia in titulis non commemorantur, theoris dierum festorum celebrandorum causa missis adnumerandi videntur [cf. CIG II, 2336; *'Εφ. ἀρχ.* no: 3010 (3081); *'Αθ.* I, p. 401; Arch. Ztg. 1879, tit. el. 303; 1881, tit. el. 383 etc.], imprimis ei, quorum munera in templum Apollinis Delii dedicata in indicibus thesauri afferuntur: ibi (CIG II, 2860, Corr. hell. II, 321, ibd. 323, VI, p. 29 sqq.) theori commemorantur Ephesiorum, Rhodiorum, Deliorum, Coorum, Trallianorum, regis Ptolemaei et urbis Alexandrinorum. Neque alios theoros exhibere catalogos in muro templi Iovis Samothracici conscriptos suspicari licet. Titulos, quibus illi catalogi continentur, omnes enumeravit Benndorfius (Conze, Hauser, Benndorf: Neue archaeologische Untersuchungen auf Samothrake II, Wien 1880, p. 96 sqq.); inveniuntur enim ibi theori imprimis ex Asia minore insulisque prope sitis missi. Hae sunt civitates: Alabanda, Astypalaea, Cannos, Clazomenae, Cos, Colophon, Cyme, Cyzicus, Dardanus, Ephesus, Eresus, Halicarnassus, Iasos, Lampsacus, Myrina, Myra, Parium, Priene, Samos, Samothrace, Stratonicea, Teos, Thasos; ipsius Europae Maronea et Sane urbes solae inveniuntur. In catalogis recentissimis, in quibus ad nomina theororum solet addi *μύσται εὐσεβεῖς*, commemorantur Ceramietae, Dardanii, Elei.

legatorum — significari solebant[145]). Neque similitudo inter hos theoros et legatos intercedit, nisi quod utrique publice ab una civitate ad alteram mittuntur[146]). Cum autem non cum civitate quadam publice eis agendum esset, iam eo diversi fere erant a legatis, quod non, ut illi, a toto populo creandi erant. Pro certo hoc scimus de Atheniensium theoriis. Apud hos enim ne dux quidem legationum illarum sacrarum creabatur, sed cum architheoriae liturgiis adnumerarentur, non videtur aliter constitutus esse atque ceteri liturgiarum curatores; ceteros huius legationis participes ab architheoro ipso designatos esse verisimile est. Etiam apud Aetolos theori non creabantur, sed ut mittat eos praetori mandatur[147]); creabantur fortasse apud Chios[148]).

Cum his theoris dierum festorum in exteris civitatibus celebrandorum causa publice missis comparari possunt theori ad oraculum consulendum missi, qui quoniam cum deo quasi agere debent, legatis sunt similiores. Propterea eiusmodi homines in decreto Pharitarum[149]) et Delphorum[150]) etiam communi legatorum nomine significantur. Quamquam propriam legatorum vocem non plane quadrare in eiusmodi homines publice missos ex eis quae supra de illa disputavimus elucet[151]). Itaque in Delphorum decreto ei alia addita est, qua singularis huius legati vis accuratius definiatur, *θεοπρόπος*. Haec sola redit in Milesiorum titulo[152]); eadem invenitur

---

145) Neque vero omnes homines sacrorum faciendorum causa missos theoros in lingua quidem sollemni dictos esse cognoscitur ex Delphorum decreto (Corr. hell. VI, p. 214). Clarissime enim apparet ibi — nescimus qua de causa — hoc nomen consulto in significandis legatis Chersonesitarum Ponticorum evitari, quamvis illi ad Pythia celebranda missi esse videantur. Dicitur enim vs. 7: *καὶ νῦν ἀποστείλαντες Φορμίωνα καὶ Ἡρακλείδαν*, vs. 12: *τοῖς ἀποσταλέντοις ὑπ' αὐτῶν*, vs. 14: *τοῖς ἀποσταλέντοις Φ. καὶ Ἡ.*, vs. 16: *τοῖς παραγεγονότοις Φ. καὶ Ἡ.* Certe ultimis duobus locis nomen *θεωρῶν* adhibitum esset, si in hos homines quadrasset.

146) Etiam in certo parvoque numero theori cum legatis comparari possunt (v. i. § 5 extr.).

147) Corr. hell. V, 372, vs. 21: *ἀποστέλλειν δὲ θεωροὺς ἐν Πέργαμον, ἐπεί κα ἁ θυσία καθήκῃ τᾷ Ἀθανᾷ τᾷ Νικαφόρῳ· τᾶς δὲ ἐκπονπᾶς ἐπιμελεῖσθαι τὸν στραταγὸν ἀεὶ τὸν ἔναρχον.*

148) Corr. hell. V, 303 vs. 26 sqq.: *στῆσαι ἐν Δελφοῖς — τοὺς θυσομένους* (?) *θεωρούς· ἑλέσθαι δὲ θεωροὺς τρεῖς ἐκ — ὅταν τόδε τὸ ψήφισμα χειροτονηθῇ. γίνεσθαι δὲ εἰς τὸ λοιπὸν τὴν ἀπόδειξιν τῶν θεωρῶν καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα.*

149) CIG II, 1837 b.

150) Corr. hell. V, 398.

151) Non omittendum censeo, quod altera legatio est Pharitarum, populi a Graecorum moribus satis remoti, alter legatus, quamvis in civitatis Graecae decreto commemoretur, Sardianus.

152) Rev. arch. N. S. (1874) XXVIII, p. 104: *Ἃ δὲ ἂν ὁ θεὸς θεσπίσῃ, οἱ μὲν θεοπρόποι εἰσαγγειλάτωσαν εἰς ἐκκλησίαν, ὁ δὲ δῆμος ἀκούσας κτλ. Θεοπρόποι ᾑρέθησαν* —. De magistratu potius quodam sacro vox *θεοπρόποι* in aliis Asiae minoris titulis satis recentibus intellegenda videtur: *Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχ. ἐν Σμύρνῃ, περ.* III, *ἔτ.* I *κ.* II (1878—81) p. 130, CIG II, 3175 etc.

etiam apud Herodotum[153]), neque tamen ideo plane Ionica cum Cobeto[154]) existimanda est, quoniam etiam apud alios scriptores quamvis posteriores invenitur[155]). Iam vero praeter vocem *θεοπρόποι* usurpatur nonnunquam *θεωροί* de legatis ad oraculum consulendum missis[156]). Cum autem eiusmodi legati nusquam, quantum videre licet, in decretis publicis hac voce significentur et ne posteriores quidem scriptores constanter eam usurpent, sed indefinitam quandam dicendi rationem praeferant[157]), meo iure contendere mihi videor *θεωρίαν* vocem harum legationum minus propriam fuisse; sed ideo ad has translatam esse, quod legationes dierum festorum celebrandorum causa imprimis Delphos missi ibi oraculum consulebant. Quae si recte a nobis disputata sunt, iam nonnunquam dubium videbitur, num ei legati, qui theori videntur audire propterea, quod ad oraculum consulendum missi sunt, potius *θεωροί* habendi sint dierum festorum celebrandorum causa Delphis degentes[158]).

Ad eas theorias transeamus, quae rectius inter legationes referri possunt, eas dico, quae ad civitates publice mittuntur, ut cum eis de rebus sacris agant. Neque vero Eggero concedendum est has solitas esse *θεωρίας* dici[159]), sed his quoque in universum nomen *πρεσβειῶν* fuisse statuendum est[160]). Unum tantum genus

---

[153]) Cf. e. gr. I, 19, 48, 67, V, 79, VI, 57, 66, VII, 140, 141, 142, 148, 169.

[154]) Var. Lect. ed. II. p. 387.

[155]) Cf. e. gr. Plut. Nic. XIII, Cim. XVIII, Dionys. Hist. Rom. I, 24, XII, 12, Paus. IX, 38, 3 (*θεοπρόποι* audiunt, qui modo *θεωροί* dicti erant).

[156]) Antiquissima exempla praebent: Soph. Oed. Col. 414 et imprimis Thuc. V, 16, 2.

[157]) E. gr. Arriani et Pausaniae usum dicendi afferamus. Theororum expressa mentio non saepius fit, quam legati illi quadam circumscribendi ratione significantur participio *ἐρησόμενοι*; cf. Arr. An. VII, 14, 7; Paus. II, 29, 6; IV, 12, 3; 5; 32, 5; VI, 9, 3. — *θεωροί*: Arr. An. VII, 23, 6 (*θεωροὶ οὕστινας ἐστάλκει ἐρησομένους*); Paus. IV, 9, 2; 12, 1; VI, 11, 2; VII, 5, 1; IX, 38, 3; 40, 1; X, 9, 2; 18, 2. (Nescio, quo casu evenerit, ut in priore dimidia parte Pausaniae participium *ἐρησόμενοι* solum fere inveniatur, in altera substantivum tantum *θεωροί*.)

[158]) Hoc etiam in eos locos, ut Thucydidis (n. 156) quadrat, ex quibus quam maxime aliquis concludere possit fuisse *θεωρῶν* nomen legatorum oraculi consulendi causa missorum proprium.

[159]) Egger, ut sententiam suam confirmet, unum tantum titulum (CIG II, 2271) commemorat (l. l. p. 14, n. 5) omnibus aliis permultis omissis (v. n. sequ.), ubi legatus de re sacra missus audit *πρεσβευτής*. Etiam ratio, qua explicare studet, cur ille legatus *πρεσβευτής* dicatur non *θεωρός*, minime placere potest. Si enim legatum illum *πρεσβευτήν* dictum esse non *θεωρόν* propterea dicit, quod munus eius et ad religionem et ad administrationem publicam spectaret, hoc optimo iure de unaquaque alia theoria dici potest, quae missa est ad res quasdam sacras cum re publica externa tractandas.

[160]) *πρεσβευταί* mittuntur de asylia (cf. Allariotarum decretum de asylia: CIG II, 2557B et decreta de Teorum asylia: CIG II, 3045—3058,

theororum afferre licet, quibus quandam agendi potestatem concedamus necesse est. Mittuntur enim theori, ut alias res publicas certiores faciant de diebus festis ab ipsorum civitate celebrandis — quam *καταγγελίαν* dicere solent Graeci —, sive, quod munus legatorum similius est, novos eis recipiendos proponunt[161]), sive ad receptos iam invitant[162]). Neque vero hoc munus a theoris solis curari solebat: ei homines, qui ad dies festos iam agnitos convocant civitates, idem fere exsequebantur, atque *σπονδοφόροι* quorundam dierum festorum, qui *ἱερομηνίαν* nuntiabant[163]), illi vero, qui de novis potissimum diebus festis constituendis agunt, etiam *πρεσβευταί* audiunt[164]).

Unum decretum, quo theoris quibusdam etiam aliud munus legatorum simile committitur, est Cyzicenorum[165]). Ibi enim theori commemorantur, qui a Deliis postulent, ut illi in templo Apollinis oraculi cuiusdam verba inscribi sinant. Sed his quoque dierum festorum quorundam causa missis praeterea munus illud parum grave commissum esse suspicari licet. Quae sententia optime eo confirmari videtur, quod etiam aliis theoris propter dies festos missis haud raro eiusmodi munera, quae ad legatorum fere provinciam spectant, commissa esse videmus[166]). Quantopere autem

---

L. 60—85, Naber, Mnem. I, p. 123 VI), de atelia terrae cuiusdam sacrae (Corr. hell. VI, 171), de templo exstruendo (CIG II, 2271).

[161]) Corr. hell. V, 303 vs. 4: Aetolorum th. (*ἐπαγγέλλουσι τὸν ἀγῶνα τῶν Σωτηρίων*), Corr. hell. V, 372 vs. 8: Eumenis theori postulant: *ἀποδέξασθαι τοὺς ἀγῶνας τῶν Νικαφορίων*. — Etiam *καταγγελία* per Cyzicenorum theoros quosdam facta (CIG II, 3656) fortasse spectat ad diem festum modo constitutum.

[162]) Corr. hell. V, 372 vs. 23: *τοῖς δὲ θεωροῖς τοῖς ἐπαγγελλόντοις τοὺς ἀγῶνας τῶν Νικαφορίων*; vs. 26: *τοῖς τὰ Ὀλύμπια ἐπαγγελλόντοις θεωροῖς*; Corr. hell. VI, p. 214: *θ. οἱ ἀποσταλέντες ἐπὶ τὰν ἐπαγγελίαν τῶν Πυθίων*. — De simili re fortasse intellegendi sunt *οἱ δὶς ἐξαποσταλέντες θεωροὶ ποτὶ τὸν βασιλῆα Ἀντίοχον* (CIG I, 1693). — Apud Polybium (XXVIII, 19, 4) Atheniensium commemorantur theoriae *ὑπὲρ τῶν Παναθηναίων* et *περὶ μυστηρίων*.

[163]) Cf. Hermann, Staatsalterth. 10, 14. — A Strabone (II, 3 p. 101 A) idem dicitur et *σπονδοφόρος* et *θεωρός* (*ὁ δὲ σπονδοφόρος καὶ θεωρὸς τῶν Κυζικηνῶν*).

[164]) CIG I, 1193: Asinaeorum legatio ad Hermionenses de sacris Cereri faciendis missa. — Corr. hell. V, 383 vs. 9: legati Sardianorum, qui postulant a Delphis: *ἀποδέχεσθαι τάς τε θυσίας καὶ τὰν πανήγυριν*. — CIG II, 323: Aetolorum legati de soteriis constituendis Athenas missi (cf. eorundem theoros eadem de re ad Chios missos, v. s. n. 161). — Non nisi Pol. XXVIII, 19, 3 [*ἄλλη* (sc. *πρεσβεία*) *περὶ τοῦ τῶν Ἀντιγονείων ἀγῶνος*] *πρεσβεία* quaedam de diebus festis iam agnitis missa commemoratur; fortasse autem haec res ex minus accurata ratione dicendi explicanda est, cum scriptor hoc loco *πρεσβείαν* veram et *θεωρίαν* communi *πρεσβειῶν* nomine una complectatur.

[165]) Corr. hell. IV, p. 472 B.

[166]) Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 4: *περὶ δὲ τῶ ἀποσταλᾶμεν τοῖρ Τενεδίοιρ τὸ γεγονὸρ ψάφισμα ἐπιμέλειαν ποιήαται Νικόδρομορ ὁ βωλο-*

a theoris aliena esse ipsis Graecis visa sint legatorum munera, ex Doricae cuiusdam civitatis decreto mihi elucere videtur, quo eidem et *θεωροί* et *πρεσβευταί* audiant. Neque enim aliter explicare hanc rem possum, nisi ut theoros illos ad diem festum fortasse celebrandum missos ideo etiam legatos audire existimem, quod eis legatorum quoddam munus commissum sit[167]).

Atque theorias et legationes non nomine tantum sed ipsa notione diversas esse eis quoque locis confirmatur, quibus theori a legatis distinguuntur.

Apud Polybium[168]) quidem, quod duas Atheniensium theorias distinctas habemus a legatione quadam, hoc ex diversitate rerum ab utrisque tractatarum explicari potest. Sed quod ad eundem diem festum indicendum ab Aetolis ad Athenienses mittuntur *πρέσβεις*[169]), *θεωροί* ad Chios[170]), vix quisquam de nominis tantum diversitate cogitabit, quae apud Athenienses et Chios obtinuerit; immo ipsa re duas illas Aetolorum legationes ita diversas fuisse censebimus, ut altera *θεωρία* altera *πρεσβεία* dicenda esset. Haec sententia eo confirmatur, quod etiam ab Antigono de eisdem ludis faciendis in alias urbes *πρεσβείαν* in alias *θεωρούς* missos esse videmus[171]).

In universum *θεωρῶν* notio non tam constans fuit, quam *πρέσβεων* fuisse et demonstravimus et planius etiam infra demonstraturi sumus. Vere proprio modo illa vox, ut omnino de spec-

---

γράφορ, ὅπωρ δοθᾶ τοῖρ θεαροῖρ τοῖρ ἐμ Μίλητον ἀποστελλομένοιρ ποτὶ τὰν θυσίαν καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Διδυμείων. CIA II, 592: *ἀναγόρευσις* honorum quorundam curanda est a praetoribus Atheniensium una cum theoris Hephaestiorum ad Dionysia, ut videtur, celebranda Athenas missis (*εἰσπεμπομένους*). — Quodammodo etiam theori comparari possunt (CIA II, 490), qui redeuntes a diebus festis celebratis litteras domum apportant.

[167]) CIG II, 2670. Ex verbis enim ipsis hic sensus necessario fere modo efficiendus videtur; legimus enim: — *τὸν παρ' ἁμέων ἀρχιθέωρον Δαμάτριον — καὶ Δαμοκράτη Ἀσστυτέλεος, οὓς ἀπεστάλκαμεν ποθ' ὑμὲ δόντες αὐτοῖς ἐντολὰς πρεσβευσομένοις περὶ κτλ.*; eidem igitur infra brevi modo significantur *πρεσβευταί*. In Bargylietarum vero decreto, eodem in lapide servato, homines illi publice missi omnino non alio nisi *πρεσβευτῶν* nomine significantur; neque enim in vs. 20. Boeckhii restitutio, secundum quam Damatrius ille ibi commemoratus uno tenore et *πρεσβευτής* et *ἀρχιθέωρος* audit, propter spatiorum, quam in titulo cognoscere licet, paucitatem ullam probabilitatis speciem prae se fert, sed *ἀρχιθέωρον* vocabulum defuisse pro certo affirmare possumus.

[168]) XXVIII, 19, 3. [169]) CIA II, 323.

[170]) Corr. hell. V, p. 303.

[171]) Pol. XXXI, 3, 1: *ἐξέπεμψε (Ἀντίοχος) πρέσβεις καὶ θεωροὺς εἰς τὰς πόλεις καταγγελοῦντας τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ.* — Concedendum tamen est de explicando hoc loco aliquem valde dubium haerere posse. Potest enim cogitari ad eosdem et *πρέσβεις* et *θεωρούς* missos esse, *πρέσβεις* nimirum ad priorem *καταγγελίαν*, quippe qui de accipiendis novis ludis agerent, *θεωρούς* deinde, qui, cum dies festi ipsi appropinquarent, denuo sollemni modo civitates invitarent.

tatoribus, ita in commercio publico de hominibus tantum usurpatur ad dies festos celebrandos publice missis[172]).

§ 2.

Quinam legatos mittere et accipere soleant.

Legatos publicos[1]) solere imprimis inter ipsas res publicas mitti consentaneum est. Neque tamen mirabimur, quod hanc facultatem legatorum mittendorum et accipiendorum a civitatibus etiam eis magistratibus concessam fuisse videmus, qui cum res gererent remoti ab ipsorum rebus publicis, omnino liberiore quadam auctoritate instructi esse debebant, exercituum dico duces. Neque vero opus esse videtur accuratius demonstrare, quod omnes sciunt, auctoritatem illam fuisse plerumque exiguam; neque enim de omnibus rebus cum re publica aliqua per legatos agere poterant, neque cum legatis rei publicae alicuius omnia tractare. Imprimis eis non licuit, quod per se patet, legatos de pace facienda acturos admittere. Sed potuit fieri, ut nonnunquam praetoribus quibusdam maior potestas daretur, ut sine magistratibus domesticis vel populo agere et res quasdam perficere possent; id quod apud Lacedaemonios fieri videmus[2]). Hanc pleniorem auctoritatem cum duces non haberent, legationi alicui hostium de pace facienda missae nil concedere poterant, nisi ut ad rem publicam ipsam, quae ipsos miserat, iter pergeret[3]). Haud raro igitur praetores declarant, se rei cuiusdam tractandae, de qua legati hostium agere volunt, auctoritate non instructos esse[4]).

---

[172]) Haec vis vocabuli solet in definitionibus sola fere premi; cf. Plut. Demetr. XI: *ὅπως — ἀντὶ πρεσβευτῶν θεωροὶ λέγοιντο, καθάπερ οἱ Πυθοῖ καὶ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀνάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς.* — Schol. Aristoph. Pac. vs. 34: *θεωροὺς δὲ ἐκάλουν τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων δημοσίων ἐκπεμπομένους συνθύσοντας καὶ συμπανηγυρίσοντας.* — Moeris non video quo iure distinguat (s. v.) *οἱ τὰς θυσίας ἀπάγοντες εἰς τὰ κοινὰ ἱερὰ καὶ τὰ μαντεῖα Ἀττικοί, θεαταὶ ἢ συνθῦται Ἕλληνες.* — Latior usus vocabuli indicatur Harpocrationis definitione; qui s. v. *θεωρικὰ* sic explicat: *θεωροὶ — οὐ μόνον θεαταὶ ἀλλὰ καὶ οἱ εἰς θεοὺς πεμπόμενοι καὶ ὅλως τοὺς τὰ θεῖα φυλάττοντας ἢ τῶν θείων φροντίζοντας οὕτως ὠνόμαζον.*

§ 2. [1]) Praeter legatos publicos *πρέσβεις* vel *πρεσβευταί* soli nominari solent in titulis posteriorum temporum legati a communi aliquo, imprimis artificum missi; communium vero illorum legati a Graecis eodem fere modo atque legati rerum publicarum aestimati esse videntur; quare etiam a nobis haud plane omittendi erunt.

[2]) Thuc. VIII, 5, 3: *καὶ ταῦτα ἄνευ τῆς Λακεδαιμονίων πόλεως ἐπράττετο· ὁ γὰρ Ἆγις ὅσον χρόνον ἦν περὶ Δεκέλειαν ἔχων τὴν μεθ' ἑαυτοῦ δύναμιν κύριος ἦν κτλ.*

[3]) Thuc. IV, 15, 2; Xen. Hell. II, 2, 11 sq.; V, 3, 23 sq. — Thuc. III, 28, 1: ea ipsa conditione Mytilenaei se tradunt Atheniensium duci, ut ille legationem ipsorum Athenas ire sinat.

[4]) cf. Xen. Hell. II, 2, 12: *οὐ γὰρ εἶναι κύριος αὐτός* et II, 2, 17: *οὐ γὰρ εἶναι κύριος, ὧν ἐπερωτῷτο ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τοὺς ἐφόρους.*

Etiam in eo commercium publicum cum praetoribus satis diversum erat a commercio civitatum ipsarum, quod illi nonnunquam non legatos mittebant sed ipsi legationem obibant et cum hostibus vel etiam sociis agebant.

Quodsi rerum publicarum ipsarum commercium publicum respicimus, apparet illud antiquioribus quidem temporibus fuisse imprimis inter res publicas, quarum utraque Graeca esset. Videmus igitur barbarorum legatos non statim ab initio eodem modo a Graecis tractatos neque omnino aestimatos esse atque ipsorum Graecorum. Hoc iam ex ea ratione apparet, qua in significandis illis nomen legatorum proprium evitatur, siquidem aut *ἄγγελοι*, ut supra vidimus (p. 9), aut generaliore quodam modo significantur, velut in titulis Atticis haud raro *οἱ ἥκοντες*[5]), quamquam concedendum est in aliis titulis Atticis aliarum civitatum barbararum legationes[6]) nomine dici Graecarum legationum proprio[7]). Sed magis etiam singularis ratio commercii publici inter Graecos et barbaros per legatos faciendi eo probatur, quod solebant signa quaedam (*σύμβολα*) constitui, quibus legati alterius civitatis ab alterius magistratibus agnoscerentur[8]).

Graecarum civitatum apparet eas tantum legatos mittere potuisse, quae plane sui iuris essent[9]). Illis tamen civitatibus, quae

---

[5]) CIA II, 66b fr. c (Cetriporis legatus), 86 (Sidoniorum regis l.); fortasse etiam conferri potest II, 12 (Seuthae l.); v. praeterea: Aesch. II, 83: *τὸν ἥκοντα παρὰ Κερσοβλέπτου*, quae verba ex Aleximachi decreto deprompta sunt. — Valde dolendum est, quod non pro certo statui potest eandem dicendi rationem inveniri etiam in decreto civitatum complurium de pace una cum rege Persarum tuenda composito, reperto Argi; legimus (CIG I, 1118) — *ἀπὸ ? τ]ῶν σατραπῶν ἥκοντι*. — Nimirum illud *ἥκοντες* in universum sensum plane generalem habet; usurpatur de eis, qui non legati veniunt: cf. alterum decretum CIA II, 1b in honorem Posae et aliorum Samiorum compositum, quos nullo modo legatos putare possum, cum ne *οἱ ἥκοντες παρὰ Σαμίων* quidem dicantur, sed *Σάμιοι οἱ ἥκοντες* (contrariam sententiam Hartelius, Studien üb. att. Staatsrecht u. Urkundenwesen, p. 232, aliique viri docti secuti sunt). — *ἥκοντες* de civibus rei publicae cuiusdam, quicumque Athenas veniunt, invenitur CIA II, 233, de hominibus vero, qui publica auctoritate instructi veniunt, habemus *δημοσίᾳ ἥκοντες*: CIA II, 57 (v. i. n. 9).

[6]) Non neglegendum puto, quod vel ei legati barbarorum *πρέσβεις* dicuntur, qui item ac legati Graeci (v. § 5) complures in legationem missi sunt, *ἥκοντες* illi legati contra morem solitum singuli missi.

[7]) CIA II, 235 (Carthaginiensium legati); *Ἀθ*. VI, p. 152 = Rh. Mus. XXXIII, p. 418 (regum Bosporanorum l.) (CIA II, 60 *πρέσβεσιν* ex coniectura tantum scriptum est).

[8]) CIA II, 86: *ποιησάσθω δὲ καὶ σύμβολα ἡ βουλὴ πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Σιδωνίων, ὅπως ἂν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εἰδῇ, ἐάν τι πέμπῃ ὁ Σιδωνίων βασιλεὺς δεόμενος τῆς πόλεως, καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Σιδωνίων εἰδῇ, ὅταμ πέμπῃ τινὰ ὡς αὐτὸν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων*. — Eandem fere vim videtur habere vox *σύμβολον* CIA II, 108 fr. c vs. 6: *-σι καὶ τὰ σύμβολα δειχθῇ*; cf. Lys. XIX, 25.

[9]) Fortasse hac de causa in decreto Atheniensium (CIA II, 57) vocabulum *πρέσβεις*, quod exspectamus, singulari circumscribendi ratione

posterioribus temporibus in maiora corpora populorum confusae sunt, remansit singulis ius legationis mittendae [10]). Etiam de Achaeis hanc rem satis comprobare possumus, ut tamen legationis mittendae ius minime apud eos fuerit liberum; antequam enim civitas quaedam legatos mittere posset, debebat a concilio Achaeorum impetrare, ut sibi hoc liceret [11]). Illis quidem posterioribus temporibus etiam eae res publicae, quae plane sui iuris erant, ius legationum suo arbitrio mittendarum totum fere dimittebant in gratiam regis cuiusdam sibi socii [12]).

Neque vero solum a civitatibus ipsis vel, quod idem valet, a regibus mittuntur legati publici, sed occurrunt nobis satis frequenter legationes a singulis tantum rerum publicarum factionibus missae. Et legati quidem factionis unius ab altera ex civitate eiectae apte videntur non propria voce significari [13]). Sed cum factio utraque quandam potestatis partem obtineret, ut in dissensionibus civilibus circa finem belli Peloponnesiaci Athenis ortis, non mirabimur, quod legati ab alterutra factione ad rem publicam

---

evitatum est: *περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἥκοντες δημοσίᾳ.* De argumento quidem tituli satis certa dicere non possumus; cum de cleruchis sermo sit, recte fortasse suspicamur illos misisse legatos, qui dicuntur *οἱ ἥκοντες δημοσίᾳ.* Quodsi res ita se habet, homines illi publice missi propterea videntur non proprio legatorum nomine significari, quod tum quidem, cum decretum illud fieret, cleruchia illa nondum satis libera erat ab arbitrio Atheniensium, ita ut propria quaedam res publica esse nondum videretur.

[10]) Cf. Pol. XXIII, 1, 10, ubi legationes commemorantur a tota societate Thessalorum et a singulis civitatibus una Romam missae.

[11]) Pol. II, 48: Megalopolitae hoc ab Achaeis impetrant. Hanc legem in rebus turbulentis Achaeorum saepius neglectam esse apparet; propterea paullo antequam in Romanorum potestatem Achaei venirent, denuo eam decreverunt; cf. Paus. VII, 9, 3: *Ἀχαιῶν μὲν γὰρ εἴρητο ἀπὸ τοῦ κοινοῦ παρὰ τὴν Ῥωμαίων βουλὴν ἀπιέναι πρέσβεις, ἰδίᾳ δὲ ἀπείρητο μὴ πρεσβεύεσθαι τὰς πόλεις, ὅσαι συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν μετεῖχον*; VII, 12, 2: *πόλεις ὅσαι τελοῦσιν εἰς Ἀχαιοὺς μηδεμίαν ἐφ᾽ ἑαυτῆς καθεστηκέναι κυρίαν ἄνευ τοῦ κοινοῦ τοῦ Ἀχαιῶν παρὰ Ῥωμαίους ἰδίᾳ πρεσβείαν ἀποστέλλειν.* — Cum igitur civitas quaedam eiusmodi societati addita proprios legatos mittere inciperet, hoc iam indicium defectionis erat: cf. Paus. VII, 11, 1: — *συντελείας τῆς ἐς Ἀχαιοὺς ἐθέλοντες ἄφεσιν εὕρασθαι. καὶ αὐτοῖς ἐπετράπη μὲν ὑπὸ τοῦ Γάλλου πρεσβείαν ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἰδίᾳ παρὰ Ῥωμαίους ἀποστεῖλαι, ἐπετράπη δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν ἀποστῆναι.*

[12]) Plut. Arat. XLV: (*Ἀχαιοὶ*) *ἐψηφίσαντο δὲ ἄλλῳ μὴ γράφειν βασιλεῖ μηδὲ πρεσβεύειν πρὸς ἄλλον ἄκοντος Ἀντιγόνου.*

[13]) Aesch. II, 142: *συλλεγέντες οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν ᾕρηνταί μοι συνηγόρους* et 143: *τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Βοιωτῶν φυγῆς ᾑρημένους*, cum in eisdem enunciatis de Phocensium legatis dicatur: *ἥκουσι δὲ ἀπὸ τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων πρέσβεις* et paullo infra: *κάλει μοι Μνάσωνα — καὶ τοὺς συμπρέσβεις.* — Fortasse etiam exsules illi Delphorum, qui rem suam Athenis agunt (CIA II, 54: *Ἀστυκράτης ὁ Δελφὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ*), legati ab exsulibus illis missi rectius habendi sunt; quam ad rem cf. Xen. Hell. V, 2, 8; 3, 11 etc.

quandam missi legati publici habentur et voce solita πρέσβεις dicuntur[14]). Etiam cum factio una cum altera non aliter atque cum civitate externa agere posset, homines inter factiones qui agerent missos eodem modo quo legatos civitatum aliarum aestimatos et plerumque appellatos esse nil miri habet[15]). Aliter res se habet,

---

[14]) Thuc. VIII, 71, 3; 89, 2 cf. cum 92, 2; Xen. Hell. II, 4, 28, 35 sq.

[15]) Cum eiusmodi rerum conversio, qua fit, ut inter cives eiusdem rei publicae legati mittantur, plane contra mores solitos et omne ius publicum eveniat, de certo quodam usu, qui fuerit in significandis legatis inter duas civium partes missis sermo esse non potest. Nihilominus ratio, qua ex codicum scriptura locis nonnullis libri VIII. Thucydidis de factionum legationibus exponatur, mihi vix toleranda videtur. — Prior legatio earum, de quibus dicendum est, mittitur non a certa quadam factione, quae contendat se quasi rei publicae ipsius personam gerere, sed a coniuratione illa optimatium, quae erat in exercitu Sami versante; neque igitur homines illi mitti possunt quodammodo tanquam legati publici, neque ea, quae facere debent (πράττειν Thuc. VIII, 49; cf. Plut. Alc. XXVI: οἱ Ἀλκιβιάδου φίλοι πέμπουσι Πείσανδρον εἰς ἄστυ κινήσοντα τὴν πολιτείαν), legatorum est. Magnopere igitur displicet, quod in libris Thucydidis audiunt πρέσβεις. Iam vero uno loco, ubi homines illi πρέσβεις dicuntur (c. 53, 1), manifestam habemus interpolationem, cum perverse insertum sit τῶν Ἀθηναίων; in illo igitur restituendo idem valet, utrum τῶν Ἀθηναίων eiciamus an πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων. Cum hoc loco insertum sit πρέσβεις, potest ab eodem librario etiam in priore loco additum esse, sive explicandi causa sive quod ei desiderari videbatur substantivum. Attamen haec corrigendi ratio, qua duobus locis glossema statuitur, posset alicui nimis violenta videri, nisi commendaretur eis, quae de aliis eiusdem libri Thucydidei locis observare licet. De altera enim Pisandri aliorumque missione, quae fit Athenis ad exercitum, audiamus ipsum Thucydidem (VIII, 72, 1): πέμπουσι δὲ καὶ ἐς τὴν Σάμον δέκα ἄνδρας παραμυθησομένους τὸ στρατόπεδον κτλ., quo cum loco comparanda sunt verba c. 86, 1, ubi remota interpolatione manifesta (πρεσβευταί cf. § 1, n. 46) legimus: καὶ οἱ ἐκ τῆς Δήλου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων, οὓς τότε ἔπεμψαν παραμυθησομένους κτλ. Neutro igitur loco, ubi de hominibus illis Samum missis accurate exponitur, audiunt πρέσβεις, neque Thucydides, cum de eis diceret, de hac voce cogitasse videtur neque cogitare poterat, quae minime quadraret in homines a re publica quadam missos, ut milites, scilicet ipsius rei publicae cives, adhortarentur. Iam vero nonnullis aliis locis eidem homines audiunt πρέσβεις: cap. 77 quidem dicuntur οἱ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον (de glossemate statuendo, qua ratione vox πρεσβευταί removeatur, dubitari non potest, v. s. § 1, n. 46). Primus locus, quo homines illi ab optimatibus missi dicuntur πρέσβεις, est c. 86, 5: καὶ τοὺς ἰδίᾳ τοῖς πρέσβεσιν ὀργιζομένους λοιδορῶν ἀπέτρεπεν (Ἀλκιβιάδης). Hoc quidem loco in vocabulo πρέσβεσιν nemo offendi potest, qui connexum verborum respicit, neque quisquam divinare possit, quomodo aliter scribendum sit. Ex hoc vero loco mihi nihil concludendum videtur de ceteris, ubi etiam πρέσβεις habemus; hoc loco possunt πρέσβεις dicti esse, quamquam nomen illud eis proprio modo non debetur. Tenendum enim est verba illa dicta esse ex Alcibiadis sententia, qui opprobrio vertit militibus, quod hominibus per muneris sanctitatem inviolabilibus irascerentur vimque inferre vellent, ut animos eorum mitigaret. C. 89, 1 legimus οἱ δὲ ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες πρέσβεις. Praeter inconstantiam dicendi, qua homines illi nunc dicuntur πρέσβεις, displicet constructio verborum, quae Thucydidea ratione dicendi durior esse videtur, cum vix facere non pos-

si factiones se reconciliare volunt et utraque ad hoc perficiendum, imprimis ad iura iuranda exsequenda, ad rem publicam quandam externam mittit legatos, cuius auspiciis reconciliatio civium fiat; cuiusmodi legatos in titulis praecipue *ἀγγέλους* dictos esse iam vidimus[16]).

Saepissime quidem singulae factiones legationes mittebant eis temporibus, cum Graeci Romanorum arbitrio omnia committere solerent[17]).

Cum munera legatorum non sint nisi inter res publicas, apparet non ad hominem aliquem privatum legatos esse missos[18]), neque ab homine privato ad rem publicam. Romanorum demum temporibus usu venit, ut civitates Graecae ad quemlibet virum nobilem Romanum, etiamsi nulla publica floreret auctoritate, legatos mitterent[19]). Imprimis inter civem aliquem et civitatem, cuius erat, legatos item atque praecones ire non solitos apparet[20]). Posteriores demum scriptores voces *πρέσβεις* et *ἄγγελοι*, quos optimos scriptores accurate distinguere demonstravimus, paucis locis denuo confundere coeperunt et eos, qui nuntii a rebus publicis ad ipsarum cives, imprimis praetores mittebantur, *πρέσβεις* appellant[21]).

---

simus, quin *ἐκ τῆς Σάμου* item atque *ἀπὸ τῶν τετρακοσίων* coniungamus cum *πεμφθέντες*, quod per sensum fieri nequit. Nonne putabimus plane eodem modo atque c. 86, 1 Thucydides scripserit: *οἱ ἐκ τῆς Δήλου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων*, eum nostro loco scripsisse: *οἱ ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων*? Nonne putabimus eundem librarium, qui c. 86, 1 inseruerit *πρεσβευταί*, nostro loco addidisse *πεμφθέντες πρέσβεις*? C. 90, 1 alia offensio in vocabulo *πρέσβεις* addito non inest, potest tamen illud optime abesse. Quodsi consideramus duobus vel tribus locis (77; 86, 1; etiam 53, 1 quodammodo comparari posse videtur) manifesto librarium quendam addidisse expressam notionem legatorum, quae ei desiderari videretur, alium locum remota illa notione meliorem reddi, nonne summo iure etiam de aliis locis corrigendis cogitabimus, quibus correctis tota Thucydidis narratio magis constans sibi evadat? Certe librarius ille, cuius manum imperitum cognoscere possumus, cum casu utatur forma Thucydidis temporibus non usitata, nos non decipiet, cum in eiusmodi errorem non inciderit.

16) § 1; p. 10 sq.

17) Cf. e. gr. Pol. XXIII, 4, 1, ubi vel quattuor legationes diversarum factionum ex una civitate Lacedaemoniorum Romam missas invenimus. Eiusmodi quidem legationes minime distingui adhuc solent a legationibus rerum publicarum ipsarum.

18) Cf. Plut. Dion. XXX.

19) Plut. Cic. XXXII.

20) Aesch. II, 169 legitur verbum *πρεσβεύειν* de nuntiis a praetoribus ad civitatem Atheniensium missis, sed apparet verbum multo facilius liberiore modo usurpari posse, quam substantivum. (Thuc. V, 21, 1 et Xen. Hell. III, 2, 8 (cf. 6) legati sunt non ad praetores ipsorum tantum a Lacedaemoniis missi, sed eorum auctoritas multo latius patet. — Xen. Hell. VI, 2, 2 ei, qui Timotheo pacem factam nuntient, non eo, quod nuntiant, sunt legati, sed ex numero hominum sumuntur, qui legationem quandam modo perfecerunt.)

21) Cf. Diod. XIII, 5, 4: homines ab Atheniensibus missos, qui Alci-

Singulare vero est, quod ad Pausaniam regem praeco a Lacedaemoniis missus est, qui ei, nisi oboediret, bellum indiceret; Lacedaemonii enim cum eo tanquam cum hoste agere volunt, nisi eis, quae res publica iuberet, pareret[22].

Etiam mittere legatos non licuisse hominibus privatis apparet. Quod si tamen faciebant homines quidam singuli vel factiones, puniri solebant[23] et gravissimis quidem poenis, etiam morte[24], praesertim cum contenderent se a re publica missos venire[25]. Romani vero etiam hominibus privatis nonnunquam certis verbis concedebant, ut de rebus suis ipsi legati venirent, aut legatos Romam mitterent[26].

§ 3.

Quanam publica auctoritate legati Graecorum instructi fuerint.

Primum quidem tenendum est legationem Graecam semper fuisse temporariam neque ullam ibi, ubi agere iussa esset, habitasse diutius[1]. Vestigium legationis, quae nostris legationibus quodammodo comparari possit, cum legatus ille circa eum, ad quem missus est, diutius versetur, fortasse inest in titulo Sestio[2];

---

biadem ex Sicilia revocarent; XIV, 12, 4: Lacedaemoniorum nuntios ad Clearchum missos, XIV, 19, 4: ad Samum nauarchum.

[22]) Thuc. I, 131, 1.

[23]) Xen. Hell. V, 3, 11: *ἀγανακτήσασα δὲ τούτοις τῶν Φλιασίων ἡ πόλις ἐζημίωσε πάντας, ὅσοι μὴ πεμπούσης τῆς πόλεως ἦλθον εἰς Λακεδαίμονα.*

[24]) Thuc. V, 60, 1 c. cum 6; cf. Atheniensium morem, qui ex legibus debebant morte punire, si quis homo privatus legationem acciperet (Aesch. III, 250), vel populi iniussu in legationem iret (Dem. XIX, 126).

[25]) Viros in rebus publicis potentes nihilominus cum populis externis egisse publica auctoritate non instructos per se patet; cf. Thuc. V, 43, 3; VIII, 47, 2; 48, 1; Xen. Hell. VI, 1, 2; Plut. Arat. XI etc.

[26]) CIG III, 5879 vs. 26: *ἐάν τε περὶ τῶν ἰδίων πραγμάτων πρεσβευτὰς πρὸς τὴν σύγκλητον ἀποστέλλειν αὐτοί τε παραγίνεσθαι προαιρῶνται, ὅπως αὐτοῖς, τέκνοις, ἐκγόνοις τοῖς αὐτῶν πρεσβευτὰς παραγίνεσθαι ἀποστέλλειν τε ἐξῇ.*

§ 3. [1]) Nusquam vox *πρεσβευτής* eam vim habet, ut significet hominem, qui aliquo missus ibi munere quodam permanenti fungatur, nisi in titulis quibusdam Bosporanis (CIG II, 2132d, Monatsber. d. berl. Ak. 1854, p. 689 sqq.); videtur tamen homo ille non tam cum legato comparandus, qui in civitate quadam habitat, ut omnia negotia publica inter suam et alteram illam intercedentia tractet, sed est, ut Boeckhius recte docuit, curator emporii a rege Bosporano missus (cf. CIG II, 2132e; *ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰς τὸ ἐμπόριον*). B. comparat cum eiusmodi curatore *ἐπιμελητὴν* ab Atheniensibus Delum missum; possunt etiam alii homines a regibus in urbes missi comparari, qui in titulis *ἀποσταλέντες* dicuntur (cf. p. 39 sqq.).

[2]) Hermes VII, 114 vs. 12: Notandum est, quod vel post enumeratas hominis illius legationes pergitur: *πραγματευθεὶς δὲ καὶ παρὰ Στράτωνι*

apparet hominem ibi commemoratum diutius apud praetorem quendam mansisse et nonnulla pro patria sua tractasse, neque vero audit *πρεσβευτής* sed *πραγματευθεὶς παρὰ Στράτωνι*; in dubio tamen relinquendum est, utrum homo ille publica auctoritate instructus apud praetorem illum moratus sit, an privatus.

Ut Graecarum legationum auctoritatem diversam ab aliorum magistratuum recte intellegamus, formulam, qua in titulis Atticis constituuntur, accuratius examinare refert. In antiquiore et genuina non solet legatorum vox usurpari sed hoc decerni: *ἑλέσθαι* vel *χειροτονῆσαι ἄνδρας, οἵτινες κτλ.*; in sequentibus demum, cum de legatis creatis exponitur, *πρέσβεις* audiunt[3]). Iam vero apparet eadem formula quoslibet alios homines designari posse, qui ad certum quoddam negotium constituantur curandum[4]); recte igitur legatio adnumeranda videtur curationibus publicis non magistratibus, i. e. *πραγματείαις*, quas dicit Aeschines (III, 13), vel *ἐπιμελείαις*, non *ἀρχαῖς*, quam sententiam iam Schoemannus[5]) auctoritate Aristotelis firmavit, etsi non semper satis certa fuerit apud Athenienses ratio distinguendi inter *ἀρχάς* et *ἐπιμελείας*. Infelicissime Turrettinius[6]) hanc sententiam infringere conatus est. Ex lege enim ab Aeschine[7]) laudata concludit eos magistratus dictos esse, qui probationi (*δοκιμασίᾳ*) adstricti essent, quod quidem ex ipsis verbis allatis minime concludendum est. Ex eiusdem Aeschinis alio loco[8]) iam diu haec duo, *ἐπιβολὰς ἐπιβάλλειν* et *ἡγεμονία τοῦ*

τῷ στρατηγῷ τῆς Χερρονήσου καὶ τῶν κατὰ τὴν Θράκην τόπων καὶ τῆς καλλίστης ὑποδοχῆς ἀξιούμενος παρ' αὐτῷ διὰ τὴν ἐν τοῖς πιστευομένοις καθαρειότητα ἐκεῖνόν τε παρείστατο χρήσιμον γείνεσθαι τῇ πόλει αὐτός τε πᾶσι τοῖς πολίταις κτλ.

[3]) CIA IV, 22a(?), 27a vs. 46, I, 52(?), II, 15b(?), 197(?), 251, 592 (cleruch.), *Ἀθ*. VI, 270(?), Mitth. II, 138, 197. Quod in titulis nonnullis posterioribus vox *πρέσβεις* in hanc formulam irrepserit non mirum; cf. *χειροτονῆσαι πρέσβεις τρεῖς ἄνδρας* (CIA II, 311, cf. cleruch. d.: 593), *ἑλέσθαι δὲ πρέσβεις — δέκα ἄνδρας* (Mitth. II, 212). Vocabulum *ἄνδρας* plane deest: CIA II, 17 vs. 72. — Etiam facilius vox *πρέσβεις* a scriptore addi poterat; cf. Andoc. III, 6; Aesch. II, 18; *ἄνδρας* omnino deest: Aesch. III, 63, 100. — Ad Atticorum decretorum formulam recentiorem conferendus est Iliensium titulus: CIG II, 3595 vs. 42 ex coni.: *ἑλέσθαι δὲ καὶ πρεσβευτὰς ἐκ πάντων Ἰλιέων ἄνδρας τρεῖς, οἵτινες κτλ.*

[4]) Cf. CIA II, 300: *χειροτονῆσαι δὲ τὸν δῆμον ἤδη τρεῖς ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, οἵτινες ἐπιμελήσονται τῆς ποιήσεως τῆς εἰκόνος*, quibus cum verbis compara tituli Rhodii (Corr. hell. IV, 144): *ἑλέσθαι δὲ ἄνδρας τρεῖς αὐτίκα μάλα, οἵτινες ἐπιμεληθησεῦντι ταύτας τᾶς πράξιος ὡς τάχιστα.* — Cf. etiam tit. Pergam. (*Μουσ. κ. βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχ. ἐν Σμύρνῃ, περ.* II, *ἔτος* I (1875/6) p. 22, vs. 46): *αἱρεθῆναι δὲ καὶ ἄνδρας δύο τῶν πολιτῶν τοὺς ἐσομένους πρὸς τῇ ἐπιμελείᾳ τῆς κατασκευῆς καὶ ἀναθέσεως τῶν ἐψηφισμένων. Οἳ δὲ ᾑρέθησαν ἐπιμεληταί κτλ.*

[5]) De comitiis Atheniensium p. 308 et Antiqu. p. 235.

[6]) l. l. p. 17 sqq.

[7]) III, 29.

[8]) III, 27.

δικαστηρίου, magistratuum propria esse viri docti collegerunt[9]), quae quidem res in legatos minime quadrant[10]).

Quod legationes Atticas in curationum numero ducimus, cum hac sententia optime convenit id, quod de omnium Graecorum legatorum auctoritate ex titulis cognoscere licet; semper enim legati ad certam aliquam rem perficiendam mittebantur et, cum negotium suum perfecissent, statim eis revertendum erat. Ita fieri poterat, ut eiusdem rei publicae eodem tempore duae legationes alicubi adessent, quarum utrique negotium certum esset traditum[11]).

In decretis igitur ipsis, cum de mittendis legatis decernatur, enuntiato relativo plerumque indicatur, ad quidnam perficiendum legatio illa creanda sit. In Atticorum titulorum formula sollemni, quam modo attulimus, solet enuntiatum illud a pronomine *οἵτινες* initium capere[12]). Neque vero semper in decretis Atticis res accurate definita est, quae agenda sit legatis. Quod nonnunquam ne potuisse quidem fieri apparet. Non solum apud scriptores occurrunt legationes, quae auctoritate satis indefinita instructae esse videntur, sed etiam titulum habemus Atticum[13]), quo legatos esse mittendos decernitur: *οἵτινες πείσουσι Θηβαίους ὅ τι ἂν δύνωνται ἀγαθόν*[14]). Similiter atque in titulis Atticis (*οἵτινες κτλ.*) etiam in aliarum Graecarum civitatum decretis negotia legatorum definiri videmus[15]); nonnunquam etiam infinitivis exprimuntur ea, quae

---

9) Cf. e. gr. Kubicki (De magistratu decem strategorum a Clisthene institutorum. Berol. 1865, p. 21): „Itaque veri magistratus indoles et natura cum ex suffragiis legitimo tempore latis, tum ex constanti munere cum iurisdictione quadam coniuncto pependisse videtur, curatio autem e decreto, quod rerum condicione et necessitate provocabatur." — Cf. etiam Fraenkel, die att. Geschwornengerichte, p. 28.

10) Cf. etiam Aesch. I, 19, ubi lex affertur, in qua legationes a magistratibus seiunguntur.

11) Pol. XXVIII, 19, 3: *ἦσαν δὲ τότε παρὰ μὲν τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν πρεσβεῖαι διτταί, μία μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν φιλανθρώπων ἀνανεώσεως — ἄλλη δὲ περὶ τοῦ τῶν Ἀντιγονείων ἀγῶνος*; Pol. XXX, 5, 4: a Rhodiis nauarchus legatus et alia legatio una mittuntur, ita ut nauarchus aliam rem tractet, aliam legatio (cf. Pol. XXX, 4, 1: duas legationes Rhodiorum, quarum tamen una post alteram emissa est); cf. etiam duas theorias ab Atheniensibus missas, quarum utrique alia res commissa est: Pol. XXVIII, 19, 4.

12) CIA IV, 27a vs. 45 et I, 52 (inverso ordine *οἵτινες — ἄνδρας*), II, 15b (Add. N.), 66, 197, 251, 311, Mitth. II, p. 138 sqq. (CIA II, 15 et *Ἀθ.*, V, p. 520), ibd. 197, 212; cf. oratorum locos, quibus decretorum verba continentur: Aesch. II, 18, III, 63, 100. — Comparanda sunt etiam cleruchorum quorundam Atticorum decreta: CIA II, 592, 593. — Aliam rationem dicendi habemus CIA II, 49: *ληψομένους τοὺς ὅρκους* et II, 108 frgm. c et b: *ἑλέσθαι κτλ.*, dein *τοὺς δὲ αἱρεθέντας κτλ.*

13) CIA II, 17 vs. 74.

14) Quibus cum verbis comparanda est clausula praeceptorum, quae alteri legationi ad Philippum missae dantur (Aesch. II, 104): *πράττειν δὲ τοὺς πρέσβεις καὶ ἄλλ' ὅ τι ἂν δύνωνται ἀγαθόν.*

15) Urbis Peloponnesiacae (Arch. Ztg. 1879, tit. el. no: 254), Iliensium (CIG II, 3595 vs. 42 ex coni.), Halicarnassensium (Corr. hell.

legatis perficienda sunt[16]). Saepius etiam in aliis decretis, imprimis responsis, quae legatis dantur, res, de quibus missi erant, breviter significantur[17]).

Quamvis autem in decretis ea, quae agenda erant legatis, accurate definita fuerint, nemo tamen existimabit eis non licuisse etiam alias res agere, quae rei publicae suae utilitati esse viderentur, etiamsi hoc eis non certis verbis, ut in decreto, quo altera ad Philippum regem legatio constituitur[18]), praescriptum erat[19]). Attamen hisce in rebus tractandis cautio eis adhibenda erat, cum timendum esset, ne propter res civitate non iubente tractatas in ius vocarentur. Itaque legatio Corinthiorum a Lacedaemoniis, ad quos missa erat, revertens Argivorum in rem publicam se contulit, neque vero cum illis publice egit, sed postquam magistratus nonnullos privatim quaedam docuit, statim iter perrexit[20]).

Exigua haec auctoritas, quae in universum legatis concedi solebat, imprimis molesta esset necesse erat, cum de pace vel foedere faciendo agendum esset. Apparet priusquam de singulis condicionibus civitates inter se plane convenirent, nonnunquam plures legationes necessarias fuisse. Cum enim hisce in rebus omnia ad verbum fere definienda essent, nihil actionibus legationis alicuius efficiebatur, si illa declarabat, hac de re concedenda vel omnino tractanda se nulla esse auctoritate instructam[21]).

Ut res aliquo modo properetur, videmus vel legatos quosdam,

V, 211), Trallianorum (Corr. hell. III, 466), Letaeorum (Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos, p. 80 sqq. no: 127 vs. 40), incertae rei publicae (Newton, l. l. no: 48), technitarum Ionicorum (CIG II, 3067 vs. 37 sqq. et L. V, 281 vs. 26)

[16]) CIG II, 2167 d (Conze, Lesbos Taf. VII).

[17]) — *δόντες αὐτοῖς ἐντολὰς πρεσβευσομένοις περὶ — ἀσυλίας κτλ.* (CIG II, 2670); cf. *περὶ τῶν χρημάτων* (Corr. hell. IV, p. 327), *περὶ αἰτήσεως δικαστοῦ κτλ.* (CIG II, 3568f vs. 3), *περὶ δικαστηρίων αἰτήσιος* (Rangabé, A. H. 703), *περὶ τῶσύλω* (CIG II, 2557 B); *ὑπὲρ τοῦ δικαστοῦ κτλ.* (L. V, 87), *ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κτλ.* (Arch. Ztg. 1875, p. 151 vs. 24), *ὑπὲρ τᾶς τῶν παίδων διδασκαλίας* (Corr. hell. V, 157 vs. 9) (cf. Arr. An. VII, 19, 1: *πρεσβεῖαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐνέτυχον, ὑπὲρ ὅτων μὲν ἕκαστοι πρεσβευσόμενοι οὐκ ἀναγέγραπται*); *ἕνεκα τῆς νεωποΐας κτλ.* (CIG II, 2158); *ἐπὶ τὰς τῶ πολέμω διαλύσεις ἀποσταλείς* (CIG II, 3047 = L. V, 71).

[18]) v. n. 14.

[19]) cf. Thuc. II, 67, 1: *πορευόμενοι ἐς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα, εἴ πως πείσειαν αὐτὸν χρήματά τε παρέχειν καὶ ξυμπολεμεῖν* (hoc est munus, quod legatis illis mandatum erat), *ἀφικνοῦνται ὡς Σιτάλκην — βουλόμενοι πεῖσαί τε αὐτόν, εἰ δύναιντο, μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας κτλ.*; eodem loco Atheniensium legati etiam suo marte postulant, ut legati Lacedaemoniorum sibi tradantur.

[20]) Thuc. V, 27, 2 sq.

[21]) Xen. Hell. V, 1, 32: *Οἱ δὲ τῶν Θηβαίων πρέσβεις ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἐπεσταλμένα σφίσι ταῦτ' εἴη. Ἴτε νυν, ἔφη ὁ Ἀγησίλαος, καὶ ἐρωτᾶτε κτλ.*; cf. etiam Xen. Hell. VII, 1, 39: *οἱ δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων ἀπεκρίναντο, ὅτι οὐκ ὀμούμενοι ἀλλ' ἀκουσόμενοι πεμφθείησαν, εἰ δέ τι ὅρκων δέοιντο, πρὸς τὰς πόλεις πέμπειν ἐκέλευον.*

postquam una foederis ratio, quam commendaverant civitati, ab ea reiecta est, statim alteram proponere[22]). Plerumque vero solebant legati hisce in rebus certa quadam auctoritate instrui, de qua pauca monere liceat.

Singularis legatorum auctoritas duplici ratione significatur, ut aut *τέλος ἔχοντες*[23]) aut *αὐτοκράτορες*[24]) dicantur. Vis formulae *τέλος ἔχοντες* dubia non esse potest in induciis anni 423. De quibus qui nuper eodem tempore egerunt et singularem decreti Lacedaemoniorum naturam explicare conati sunt, Steupius[25]) et Kielius[26]), hac in re, quamvis in singulis dissentirent, idem protulerunt: apparere ex § 10 (*οἱ δὲ ἰόντες τέλος ἔχοντες ἰόντων, ᾗπερ καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς ἐκελεύετε*) misisse ante Lacedaemoniorum legationem Athenas susceptam Athenienses legatos, qui de singulis induciarum condicionibus cum Lacedaemoniis deliberarent et postularent, ut illi legatos mitterent *τέλος ἔχοντας*; in ipsa vero § 10 hoc constituitur, ut Athenienses legatos mittant *τέλος ἔχοντας*, si alias condiciones proponere velint. Rectissime Steupius[27]) exponit legatis illis Lacedaemoniorum, qui illud *τέλος* haberent, facultatem concessam fuisse foederis ipsius perficiendi vel etiam, ut decreto Atheniensium docemur, ipsas inducias sollemniter exsequendi, si condiciones prolatae acciperentur ab Atheniensibus; si non, Atheniensium erat legatos eadem auctoritate instructos mittere, qua Lacedaemonii legationem suam instruxerant, ut condiciones ipsorum Lacedaemoniis proponerent. Aliter res se habet in titulo Attico[28]); quem plerique viri docti in re summa consentientes restituerunt: *πρεσβείαν ἑκάτεροι πεμπόντων ἐς Διονύσια τέλος ἔχοντας, περὶ ὧν ἂν διαφέρωνται, πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον.* Hos quidem legatos singulari quadam auctoritate instructos putemus necesse est, ut per eos controversiae finiri possent; eis licuerit oportet suo arbitrio condiciones, quas altera pars proponeret, accipere, cum Lacedaemoniorum illis legatis anni 423 in condicionibus ab ipsis propositis consistendum esset. Cum de hac ratione verborum tituli explicandorum item atque de ipsa restitutione[29]) dubitari non possit,

---

[22]) Thuc. V, 41: Ex tota agendi ratione hoc concludendum videtur priores tantum condiciones, quas Argivorum legati proponerent, iam satis accurate definitas et etiam conscriptas fuisse; alterae illae per ipsam actionem ad certam quandam formam pervenisse videntur, ita ut Lacedaemonii eas ipsi conscriberent.

[23]) Thuc. IV, 118, 10; CIA I, 40, vs. 25.

[24]) Thuc. V, 45, 1 sqq. (Plut. Nic. X, Alc. XIV); Xen. Hell. II, 2, 17 sqq.; V, 3, 26; VII, 1, 1; Aristoph. Aves 1595; Lys. 1010; Andoc. III, 6, 33, 34, 39; Polyb. XXIV, 9, 9; Diod. XI, 24, 4; XII, 4, 5; Plut. Phoc. XXVI; Arr. An. I, 26, 2; VI, 14, 1. — Cf. Dionys. III, 59, VI, 71.

[25]) Thukydideische Studien, Freiburg. 1881.

[26]) Fleckeiseni Annales. 1881, p. 311.

[27]) l. l. p. 4. [28]) CIA I, 40 vs. 25.

[29]) Steupii lectio (l. l. p. 5 ann.): *πρεσβείαν ἑκάτεροι πεμπόντων ἐς Διονύσια. τέλος δὲ εἶναι περὶ ὧν ἂν διαφέρωνται πρὸς τὴν βουλὴν καὶ*

ex duobus illis locis vis formulae illius *τέλος ἔχοντες* statuenda est. Dubium videri nequit, quin utroque loco significentur legati, ea instructi auctoritate, ut liceat conventionem quandam plane conficere, ita ut iam valeat[30]).

Iam videamus de voce *αὐτοκράτωρ*. Vulgaris est sententia legatos *αὐτοκράτορας* infinita quadam in re aliqua conficienda auctoritate instructos fuisse; quae tamen auctoritas ab aliis aliter explicatur. Certum quiddam de ea ex Andocidis tantum oratione de pace habita enucleari potest, cuius § 33 haec legimus: *αὐτοκράτορας γὰρ πεμφθῆναι εἰς Λακεδαίμονα διὰ ταῦθ', ἵνα μὴ παλιν ἐπαναφέρωμεν.* Apparet igitur legatos illos propterea *αὐτοκράτορας* esse missos, ut pax ab eis conficeretur neve *τὸ ἐπαναφέρειν*[31]) esset necessarium[32]). Propterea etiam alii legati *αὐτοκράτορες*, postquam cum re publica, ad quam missi erant, convenerunt de rebus tractandis, statim iura iuranda dant[33]) vel accipiunt[34]) simili modo ac legatos *τέλος ἔχοντας* missos invenimus, qui inducias, postquam de eis conventum esset, sancirent. In universum igitur statuendum videtur legatis, qui *αὐτοκράτορες* mitterentur, hanc fuisse potestatem, ut rem tractandam iuribus iurandis vel dandis vel accipiendis conficerent.

Sed diligentius iam inquiramus, quo iure vulgo putent legatis *αὐτοκράτορσι* licuisse suo arbitrio de omnibus rebus propositis de-

---

τὸν δῆμον, etiamsi per sensum placeat, quomodo per leges grammatices recte se habere possit, non video.

[30]) Ad hanc vim vocabuli *τέλος* cf. similes rationes dicendi: Pol. XXI, 39, 6 (de legatis dictum): *τέλος δ' ἐπιθεῖναι τοῖς προειρημένοις ἢ κυρῶσαί τι τῶν δοξάντων οὐκ ἔφασαν εἶναι δυνατόν*; de auctoritate quam habet res publica quaedam inter duas civitates tractata decernendi: And. III, 41: *τούτων δ' ἐστὶ τὸ τέλος παρ' ὑμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐν Λακεδαιμονίοις κτλ.*; de ipsa re confecta et sancita: Dem. XIX, 150: *ἡ εἰρήνη τέλος εἶχεν*; Thuc. V, 41, 3: *πρὶν τέλος τι αὐτῶν ἔχειν — ἐπαναχωρήσαντας αὐτοὺς δεῖξαι τῷ πλήθει.*

[31]) Illud *ἐπαναφέρειν* necessarium videmus: Herod. VII, 149: *περὶ μὲν σπονδέων ἀνοίσειν ἐς τοὺς πλεῦνας, περὶ δὲ ἡγεμονίης αὐτοῖσι ἐντετάλθαι ὑποκρίνασθαι κτλ.*; Thuc. V, 41, 3: *πρὶν τέλος τι αὐτῶν ἔχειν* (v. n. 30) — *ἐπαναχωρήσαντας αὐτοὺς δεῖξαι τῷ πλήθει*; Pol. XXI, 4, 14: *πλὴν ἐπανοίσειν ἔφασαν ὑπὲρ τῶν ἐπιταττομένων τοῖς Αἰτωλοῖς.*

[32]) Perversa igitur est definitio legati *αὐτοκράτορος*, quam Turrettinius (l. l. p. 28) exhibet: „Neque tamen quidquam arbitrio suo constituere illis licebat, sed solum proposita hostium, quaecumque essent, audire, omnesque condiciones accipere, sed ea tantum lege, ut a populo rata posterius haberentur." — Recte Egger neque vero satis accurate rem significavit (l. l. p. 14): „plénipotentiaires (*αὐτοκράτορες*), quand on les dispensait formellement d'en réferer à leurs commettants pour la conclusion."

[33]) Xen. Hell. V, 3, 26.

[34]) Legati Philippi, qui pacem Philocrateam perfecerunt, statim hoc facto ad ius iurandum Athenienses sociosque adigunt; cf. etiam Aristoph. Lys. 1185.

cernere. Ex eo ipso, quod legatio aliqua ita mittitur, ut declaret rem publicam suam velle per se rem ad certum finem perducere, concludendum est eiusmodi legationi haud nimis angustam auctoritatem datam esse, ne legatio illa statim ab initio irrita esse videatur. Neque vero ita indefinitam putare licet auctoritatem legatorum *αὐτοκρατόρων*, ut statuamus plane ex eorum arbitrio pependisse, quaenam concedere vellent; haec sententia quomodo conveniat cum moribus Graecarum civitatum, quae maxime in commercio cum aliis civitatibus publico potestatem decernendi sibi ipsis non magistratibus esse vellent, non video. Quodsi singula exempla legatorum *αὐτοκρατόρων*, quae praesto nobis sunt, respicimus, eos tum praecipue missos esse videmus, cum iam legationes aliae de eadem re imprimis ab altera re publica missae de condicionibus paciscendi egissent[35]). Quae cum ita sint, auctoritas ultimae legationis omnino non magna esse potest, cum suspicari liceat per priores legationes omnes condiciones ita tractatas esse, ut iam utraque res publica sciret, quaenam postulare posset, ut omnino conventio fieret; eo maiorem esse legatorum auctoritatem oportebat, quo minus iam antea de rebus, de quibus civitates inter se convenire volebant, esset actum, ne omnino legatio irrita fieret.

Eo igitur pervenimus, ut id, quod supra legatorum *αὐτοκρατόρων* proprium significavimus, potestatem paciscendi, id unum eorum proprium esse statuamus[36]); de singulis autem condicionibus libero quodam arbitrio agendi potestas maxime varia esse poterat et in legatis, qui *αὐτοκράτορες* missi erant[37]), et in legatis ordinariis et pendebat ex illis, quae eis mandata erant. Quae cum ita sint, recte indicat scholiasta Thucydidis[38]) inter legatos *τέλος*

---

35) Cf. pacem Philocrateam (Aesch. III, 63). Foedus inter Athenienses et Lacedaemonios ictum (Xen. Hell. VII, 1, 1) aliae praecesserunt actiones inter Athenienses et Lacedaemonios (l. l. VI, 5, 33). — Diod. XII, 4, 5: *διόπερ οἱ περὶ τὸν Ἀρτάβαζον καὶ Μεγάβυζον ἔπεμψαν εἰς τὰς Ἀθήνας πρεσβευτὰς τοὺς διαλεξομένους περὶ συλλύσεως· ὑπακουσάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ πεμψάντων πρέσβεις αὐτοκράτορας — ἐγένοντο συνθῆκαι περὶ τῆς εἰρήνης κτλ.*

36) Cf. etiam definitionem scholiastae ad Thuc. IV, 118, 10: *ὡς κύριοι εἶναι συμβῆναι ἄνευ τῶν πόλεων, οἷς ἐπήρχοντο.* — Etiam posteriores scriptores voce *αὐτοκράτωρ* nihil aliud significare voluisse nisi legatos ad foedus aliquod perficiendum missos apertum est; cf. Diodorum (n. 24 et imprimis n. 35 de loco XII, 4, 5). — Si sententia a nobis prolata recte se habet, etiam melius intellegimus, quomodo res publica ab altera postulare possit, ut legatos *αὐτοκράτορας* mittat (Aesch. III, 63; Aristoph. Lys. 1009).

37) Non magna potest fuisse auctoritas Theramenis (Xen. Hell. II, 2, 19 sqq. et Lys. XIII, 9 sqq.), quippe qui, etsi *αὐτοκράτωρ* missus, re infecta domum revertatur. Parva etiam fuit auctoritas legatorum *αὐτοκρατόρων* a Philippo rege missorum; saepius enim in rebus singulis tractandis provocabant ad ea, quae Philippus sibi mandasset (cf. quae exposuit Schaefer: Demosthenes und seine Zeit II, p. 214).

38) ad Thuc. IV, 118, 10: *Τέλος ἔχοντες] ἀντὶ τοῦ αὐτοκράτορες ὄντες· ὡς κύριοι εἶναι συμβῆναι ἄνευ τῶν πόλεων, οἷς ἐπήρχοντο.*

ἔχοντας, quam formulam antiquioribus in decretis[39]) habemus, et αὐτοκράτορας nullum intercedere discrimen; omnibus hisce legatis commissum erát, ut rem tractandam perficerent, sive auctoritate angustiore (ut legati Lacedaemoniorum τέλος ἔχοντες: Thuc. IV, 118, 10), sive liberiore (ut legati τέλος ἔχοντες: CIA I, 40) instructi erant[40]).

Cum ex eis, quae de hac auctoritate exposuimus, concludi potest, tum exemplis omnibus illustratur[41]), ad quasnam omnino res tractandas legati αὐτοκράτορες[42]) necessarii habiti sint: nimirum mittebantur tum, cum de pactis conveniendum esset, quae secundum rerum publicarum Graecarum naturam ipsae civitates sancire debebant, neque tamen poterant[43]).

Haec in universum de legatorum auctoritate statuenda videntur. Iam vero non omnibus temporibus eandem fuisse auctoritatem legatis observare licet; posterioribus quidem temporibus ea satis minuta fuisse videtur.

Imprimis legatis regum tum haud magna potest fuisse auctoritas. Apparet enim per se legatos regis, qui sententiam unius proferebant satis certam, agendi facultatem magnam non habuisse. Posterioribus vero temporibus, cum apud reges fere solos summa rerum esset, legatis regum nil fere agendum erat, nisi ut mandata dominorum suorum eis civitatibus, ad quas missi erant, observanda proponerent. Itaque non mirabimur, quod illis regum legatis nomen legatorum proprium in titulis haud raro invidetur; dicuntur enim ἀποσταλέντες vel ἀπεσταλμένοι[44]), quod verbum, quamquam

---

[39]) Decreta, ubi τέλος ἔχοντες legitur, eiusdem fere sunt temporis; αὐτοκράτωρ iam Thuc. V, 45 legimus, dein Andoc. III, Aristoph. Av. 1595 et Lys. 1010.

[40]) Cum res non perficeretur, etiamsi legati αὐτοκράτορες essent missi, solebant ab altera re publica item legati αὐτοκράτορες mitti: cf. Thuc. IV, 118, 10, ubi dicuntur τέλος ἔχοντες et Andoc. de pace 39, ubi audiunt αὐτοκράτορες.

[41]) v. n. 24.

[42]) Apud alios praeter Athenienses Graecos videtur vox αὐτοκράτωρ non magnopere in usu fuisse. In decretis enim, posterioribus quidem temporibus compositis, nusquam legitur. CIG II, 3137 vs. 25sqq.: legati mittuntur, qui postulent, ut civitas, ad quam veniunt, foedus per se conficiat (συντελεῖν), neque tamen αὐτοκράτορες audiunt.

[43]) Ad plane eandem sententiam de legatis αὐτοκράτορσιν Heysius (p. 40sqq.) pervenit, qui tamen legatos τέλος ἔχοντας nimis sicco pede transiluisse videtur.

[44]) Mitth. I, p. 337 (t. Amorg.), Wood, Ephesus, Temple of Diana, no: 7; ὁ τοῦ βασιλέως: Wood, l. l. no. 8; cf. Ross, Inscr. ined. 166. — Uno quidem in titulo (L. V, 394) invenitur ἀποσταλείς de legato reipublicae cuiusdam liberae, Mylasensium, dictum. Hoc loco circumscribendi ratio variandi sermonis causa usurpata esse videtur; tres enim commemorantur legationes, quas homo decreto illo honoratus obiit et bis audit ἀποσταλείς, semel πρεσβευτής.

optime de legatis usurpatur, vim tamen plane generalem habet[45]), ita ut etiam alios homines a regibus missos nonnunquam significet, imprimis praefectos urbium[46]).

Altera causa auctoritatis legatorum posterioribus temporibus mutatae eo continetur, quod antiquioribus temporibus civitates legatorum verbis res inter se tractare malebant, posterioribus magis litterarum commercio utebantur. Quamquam etiam antiquioribus temporibus auctoritas legatorum scripto quodam, decreto nimirum quo instituerentur, coercebatur[47]). Hoc decretum videtur etiam a legatis magistratibus rei publicae, ad quam missi erant, traditum esse, qui ex eo cognoscerent legatos esse publice missos[48]). At longe alia videtur fuisse vis scriptorum in posteriorum temporum commercio. Certis enim verbis solet in responsis legatis datis commemorari rem publicam illam, cui responsum datur, misisse decretum et legatos[49]) vel etiam hoc premitur tradidisse legatos decretum[50]). Haec decreta a legatis tradita duplici ratione

---

[45]) Cf. locos, ubi *ἀ.* usurpatur de hominibus publice missis addita re, ad quam perficiendam missi sunt, e. gr. L. V, 86, vs. 121: *τοὺς μὲν ἐπὶ τοὺς νόμους ἀποσταλέντας — τοὺς δὲ ἐπὶ τοὺς τιμητὰς ἀποσταλέντας*; Corr. hell. V, 477: *ἀποσταλεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου ἐπὶ τὰς παραβολὰς τῶν κτλ.*, ibd. *ἐφ' ἅτε ἀπεστάλη καλῶς καὶ δικαίως οἰκονομῶν κτλ.*

[46]) CIG II, 2561b vs. 42; Rangabé, Ant. Hell. 688 (CIG 2139b) vs. 2: de quibuslibet hominibus a regibus missis dictum; cf. CIG II, 3137, vs. 96 et 99: *ἄρχων ὁ ἀποσταλείς.*

[47]) Illud decretum in omnibus rebus tractandis ante oculos habere debebant legati; cf. Dem. XIX, 174: *εἶτα τὸ ψήφισμα ἐπεχείρησαν κινεῖν καὶ μεταίρειν, ἐφ' ᾧ πρεσβεύοντες ἥκομεν*; And. III, 35: *οὐ γὰρ μόνον — πρὸς γράμματα τὰ γεγραμμένα δεῖ βλέποντας πρεσβεύειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους.* — Suspicari licet legatos non solum decreto, quod rem tractandam breviter indicaret, sed etiam de singulis rebus, quae eis faciendae essent, accurate edoctos esse; neque vero hoc aliter ac verbis factum esse videtur; cf. Aesch. II, 101: *ὡς δ' ἦμεν ἐν Μακεδονίᾳ καὶ συνήλθομεν εἰς ταὐτὸν — ἀνεγνώσθη μὲν τὸ ψήφισμα, καθ' ὃ ἐπρεσβεύσαμεν, καὶ τὰ προστεταγμένα ἡμῖν πρὸς τῷ τοὺς ὅρκους ἀπολαβεῖν συνηριθμούμεθα.*

[48]) Poll. VIII, 96: *κήρυξι καὶ πρεσβείαις — οὓς δεῖ πρότερον τοῖς πρυτάνεσιν ἀποδοῦναι τὰ γράμματα*; cf. Platner, Process I, 58**) (Decretum, ex quo legati legationem faciunt, dicitur *γράμματα* etiam Andoc. III, 35, Dem. XIX, 278).

[49]) L. V, 251 (2679) (bis), Corr. hell. V, 383; cf. imprimis responsa Teiorum legatis de asylo missis data: L. V, 64 (3055), 65 (3050), 67 (3058), 70 (3048), 71 (3047), 72, 73, 74, 76, 77, 78, 80 (3052).

[50]) Arch. Ztg. 1859 p. 112*, qui locus sic restituendus est: *πρεσβευταὶ καὶ διαλυταὶ οἱ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν Τίμαιος Κλεόπατρος τὸ ψάφισμα τὸ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπέδωκαν καὶ αὐτοὶ διελέγοντο κτλ.* Eandem fere rationem dicendi legimus: Corr. hell. V, 383, VI, 171, Monatsb. d. b. Akad. 1875 p. 554, Annali dell' J. 1852 p. 139 (3800), L. V, 64 (3055), 65 (3050), 66 (3049), 67 (3058), 70 (3048), 72, 74, 75, 78, 80 (3052), 83, quibus cum decretis etiam Romanorum responsum legatis Teiorum datum comparari potest: L. V, 60 (3045). (Eandem dicendi rationem etiam translatam invenimus in revertentes quosdam legatos et theoros quidem: Corr. hell. VI, 214.) — Paullo aliter legitur: L. V, 62 (3054): *κομισάμενοι τὸ ψάφισμα τὸ*

diversa sunt ab antiquiorum temporum decretis. Alterum est, quod illis temporibus tam parvi erant momenti decreta, ut in Atheniensium responsis legationibus datis ne commemorentur quidem, posterioribus vero omnis fere vis legationum in eis posita erat. Hoc enim non solum ex eo colligitur, quod in titulis modo laudatis de decretis illis traditis prius quam de legatis una missis exponitur, sed etiam ex eo elucet, quod in legatorum actionibus hoc solet imprimis laudari eorum orationes accommodatas fuisse decretorum verbis[51]) et quod vel in singulis, ad quae respondetur, non ad legatos provocari solet, sed ad decretum traditum[52]). Alterum discrimen, quod intercedit inter decreta antiquioribus et posterioribus temporibus[53]) a legatis tradita, quod cum priore artissime

---

παρ' ὑμῶν ἀνέγνωμεν, καὶ τῶν πρεσβευτᾶν — διακούσαμεν παρακαλούντων cf. etiam Corr. hell. IV, p. 472 B: θεωροὺς — κομίζοντας ψήφισμα.

[51]) ἀκολούθως τοῖς ἐν τῷ ψηφίσματι κατακεχωρισμένοις: CIA II, 552 frgm. b; Corr. hell. V, 383; L. V, 62 (3054), 71 (3047), 73, 76, 77, 78; cf. Romani praetoris responsum: Annali dell' Instituto etc. 1852, p. 139 (3800) (Quod ad rationem dicendi attinet, cf. etiam: Corr. hell. V, 372 vs. 28: τὰ ἄλλα τὰ ἐν τῷ ψαφίσματι κατακεχωρισμένα). — ἀκολούθως τοῖς γεγραμμένοις: L. V, 64 (3055), 67 (3058), 70 (3048), 74; Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 16 A (Eadem formula translata invenitur in proprios theoros, qui redeuntes decretum alius civitatis afferunt: Corr. hell. VI, 214). — ἀκολούθως τοῖς ἐν τῷ ψαφίσματι (L. V, 75) vel ἀκολούθως τῷ ψηφίσματι (L. V, 83) vel — quod idem valet — ἀκολούθως τούτῳ (L. V, 60 = CIG II, 3045, Romanorum d.) — ἀκολούθως: Corr. hell. IV, 472 B (de theori actione). — ὅμοια τοῖς ἐν τῷ ψαφίσματι: Arch. Ztg. 1859, p. 112*. — Quod ad responsa urbium Cretensium, legationibus a Teiis missis data, attinet, deest tale quid, si modo decretum antea commemoratum est, in tribus tantum: L. V, 63 (3051), 65 (3050), 80 (3052). — Comparanda sunt etiam verba CIG II, 3137 v. 23: ἀκολούθως τοῖς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ γεγραμμένοις; alia tamen res est: in foedere enim faciendo etiam antiquioribus temporibus auctoritatem legatorum scriptis condicionibus plerumque coercitam fuisse, quibus maior esset vis quam legatorum verbis, apparet.

[52]) L. V, 80 (3052): καθότι παρακαλεῖτε διὰ τοῦ ψαφίσματος. De legatorum actione dicitur: L. V, 75: ἀνανεωσάμενοι ἃ παρεκαλεῖτε διὰ τοῦ ψαφίσματος; CIG II, 2557 B: πρεσβεύσοντας — καὶ ἀνανεωσαμένων αὐτῶν ἐν τᾷ πρεσβείᾳ κατὰ τὸ ψάφισμα τὸ παρ' ὑμῶν κτλ. — Et ad decretum et ad legationem provocatur (Monatsber. d. berl. Akad. 1875 p. 554 vs. 19): οὐχ ἥκιστα δὲ ἔκ τε τοῦ ψηφίσματος τοῦ ἀποδοθέντος ἡμῖν καὶ ἐκ τῶν ῥηθέντων ὑπὸ τῆς πρεσβείας.

[53]) Negari non potest explicandum esse hoc, quod in decretis, quae responsa legatis data continent, decretis a legatis ipsis allatis magna tribuitur auctoritas, non solum ex ipsorum decretorum temporibus posterioribus usitatorum natura, sed etiam ex eorum, qui illa accipiunt, moribus. Neque enim puto casui tribuendum esse, quod in responsis Teiorum legatis a rebus publicis vel potentioribus (Aetolis L. V, 80 = CIG II, 3046 et Delphis L. V, 84) datis, quippe quae commercii publici quam maxime periti fuerint, decretorum, quae etiam illis a legatis tradita esse existimare debemus, mentio non fit, sed illae ad legatorum verba provocant. Videntur igitur parvae imprimis civitates, ut Creticae illae, cum in responsis ad decreti allati verba quam maxime se applicarent, quod ex magna

cohaerere patet, hoc est, quod haec haud raro epistularum formam habebant. Quodsi quaerimus, apud quosnam commercium illud litterarum primos in usu fuerit, tyrannis et regibus hoc solum fere convenisse apparet; quamobrem illi etsi legatos mittebant, epistulas praeterea addiderunt[54]). Regum hanc consuetudinem paullatim liberae quoque civitates imitatae sunt[55]). Iam vero cum res publica una cum altera ipsa sententias per litteras communicaret, legatorum operae non multum relictum esse apparet. Imprimis regum litterae haud raro multo plus valebant quam legati[56]).

Hoc modo fieri non potuit, quin notio legati denuo satis ambigua fieret; patet enim dubium videri posse, utrum homo a

---

inter omnia illa decreta similitudine cognoscere licet, decretis illis, quae scripta eis darentur, maiorem tribuisse auctoritatem quam legatorum verbis.

[54]) Ex Demosthenis orationibus notissimum est Philippi legatos afferre solitos epistulas. — Maxime commemoratione dignum est, quod nusquam in Atheniensium decretis ad scripta quaedam tradita provocatur in rebus externis tractandis nisi duobus in titulis ad epistulas, quas miserant Dionysius tyrannus (CIA II, 51) et reges Bosporani (Ἀϑ. VI, 152). Cf. talia rescripta regum, quae inveniuntur in aliis titulis: CIG II, 2254, L. V, 86, Monatsber. d. berl. Ak. 1875, p. 554, Conze, Lesbos Taf. XIIB vs. 30 et p. 35 (ubi dicuntur *διαγραφαί*), Schliemann. Troj. Alt. p. 201 etc.; praeterea locos, quibus ad litteras regum provocatur: CIG II, 3137 vs. 11, 3605 etc. Optimum exemplum exhibet titulus: Mitth. VII, p. 60—61 Beil. 1—3, vs. 2, 11, 17, 23, 26, 42, 47. — Persarum regem etiam per litteras cum Graecis egisse ob commercii illius naturam singularem verisimile est et multis confirmatur exemplis (Thuc. IV, 50 2, Xen. Hell. V, 1, 30, VII, 1, 39 etc.). Litterae illae sigillo regis ornatae erant, ut ab omnibus agnosci possent; hoc sigillum solebat legatus, priusquam litteras recitaret, monstrare. Eadem agendi ratione videntur in commerciis publicis reges usi esse, qui post Alexandri Magni tempora fuerunt, hac in re fortasse, ut in aliis eiusmodi, imitati mores regis Persarum; cf. Ross, Inscr. ined. 166.

[55]) Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 16 A: *πρεσβευτᾶν παραγενομένων παρὰ τᾶς πόλιος τῶν Μεσσανίων — καὶ τὰ γράμματ' ἀποδόντων, ἐν οἷς διεσαφεῖτο κτλ.* Recte etiam nonnulla decretorum, quae legati tradebant epistularum in modum composita fuisse putabimus. Saepius decreta, quae responsa legatis remissis domum apportanda dantur, ita composita sunt: CIG II, 2557, 2670; L. V, 60 (3045), 61, 62 (3054), 64 (3055), 66 (3049), 68a, 75; Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 16 B. — Aliter res se habet in epistula Amphictionum; haec enim per legatos technitarum Atticorum Atheniensium rei publicae apportatur (CIA II, 551 vs. 40).

[56]) Cum Hegesippus de responso Philippo dando exponere velit, epistulam ante legatos, ut rem maioris momenti, commemorat (Dem. VII, 46); cf. Ἀϑ. VI, p. 152: *περὶ ὧν ἐπέστειλε Σπάρτοκος καὶ Παιρισάδης καὶ οἱ πρέσβεις οἳ ἥκοντες παρ' αὐτῶν ἀπαγγέλλουσιν.* — Concedendum tamen est non semper ne in regum quidem epistulis accuratius actum fuisse de rebus ipsis tractandis; nonnunquam epistulae illae nihil aliud erant nisi testimonia publica, quibus agnoscerentur legati re vera a regibus missi; cf. brevem epistulam Philippi regis ad Nisyrios missam (Ross, Inscr. ined. 166).

rege missus, qui nil aliud fere faciat nisi epistulam tradat[57]), rectius nuntius an legatus habendus sit. Videtur autem haec commercii publici mutatio hunc fere in modum facta esse, ut primum nuntiorum loco, qui antiquioribus temporibus mitti solerent, homines epistulas portantes mitterentur[58]), qui plerumque γραμματοφόροι[59]) audiunt; dein vero cum commercium per litteras magis idoneum videretur quam per legatos, et omnino minuta hisce temporibus rerum publicarum auctoritate legationes minus necessariae haberentur, mirari non possumus, quod etiam hisce in rebus, ad quas perficiendas antiquioribus temporibus legati mitti solebant, iam satis habebant γραμματοφόρους mittere. Attamen illi a propriis legatis solent discerni et nuntiis videntur similiores[60]). Iam igitur duo tanquam diversa genera commercii adhibebant civitates Graecae: unum litteras scribendi, alterum legatos mittendi[61]).

Minuta autem legatorum auctoritas maxime conspicua est in legationibus imperatorum Romanorum temporibus Romam susceptis plerisque; legati enim illi non maiorem fere auctoritatem habebant nisi tabellariorum, qui epistulas perferebant[62]). Idem valet de eis legatis, qui mittebantur, ut decreta in honorem civis rei publicae externae composita traderent. Quoniam vero ad hoc negotium curandum legati vel omnino non adhibiti sunt, vel si tamen mitterentur, legatorum nomine vix satis digni videbantur, de his rationibus, quibus Graeci civitatem de honore alicui illius civi concesso certiorem facere solebant, paullo plenius disserere liceat.

---

[57]) Cf. Arr. An. II, 14, 4: παραγγείλας τὴν ἐπιστολὴν δοῦναι Δαρείῳ, αὐτὸν δὲ μὴ διαλέγεσθαι ὑπὲρ μηδενός. Videmus igitur nonnunquam vel interfuisse regis legatum omnino nihil dicere.

[58]) Cf. commercium inter Pyrrhum aliosque reges, quod et Plutarchus (Pyrrh. X) et Pausanias (I, 13, 1) per γράμματα factum esse dicit, quae ἄγγελοι apportarent.

[59]) Pol. IV, 9, 9, XXVII, 4, 3, XIX, 25, 2; Diodorus eosdem dicit βιβλιαφόρους: XI, 21, 4; 28, 5; XIV, 101, 2; XIX, 11, 1; 13, 5; 7; 100, 3, XX, 18, 1; XXI, 4. Apud Pausaniam (IV, 5, 2) nonnisi κομίσαντες τὰ γράμματα audiunt. Non aliter videntur accipiendi praecones qui regum commemorantur; cf. Dem. XII, 2, quam ad rem spectans Plut. (Demetr. XXII) voce utitur γραμματοφόρος. His praeconibus quodammodo Lacedaemoniorum comparari possunt, qui scripta publica (σκυτάλας), illa quidem ad ipsos Spartiatas, perferebant.

[60]) Pol. XXVII, 4, 3: πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἄλλους δι' αὐτῶν τῶν γραμματοφόρων ἔπεμπε τὰς ἐπιστολάς, εἰς δὲ τὴν Ῥόδον καὶ πρεσβευτὰς συναπέστειλεν; cf. etiam Diodor. XXIX, 13, 5: πρέσβεις ἀπέστειλαν ὑπὲρ ἀνοχῶν, συγχωρήσαντες τὴν διάβασιν. εὐθὺς δὲ καὶ βιβλιαφόρους ἀπέστειλαν πρὸς Ἀντίγονον εἰς Μεσοποταμίαν, ἀξιοῦντες ἥκειν κτλ., quo quidem loco βιβλιαφόροι optime cum nuntiis comparari posse videantur, antiquioribus temporibus ad socios convocandos missis (v. § 1, n. 8); recte igitur idem audit et ἄγγελος et γραμματοφόρος (Plut. Dion XXVI).

[61]) Plut. Arat. XLV: ἐψηφίσαντο δὲ ἄλλῳ μὴ γράφειν βασιλεῖ μηδὲ πρεσβεύειν πρὸς ἄλλον ἄκοντος Ἀντιγόνου.

[62]) Cf. modum, quo legati praeter epistulas commemorantur: CIG III, 3838, Hermes VII, 37, Ross, Inscr. ined. 129, 312 (2493)sq. etc.

Et in Atticis quidem titulis rarissime decretorum mentio fit, quae hominibus quibusdam honoratis vel potius civitatibus eorum danda sint; satis habuisse videntur Athenienses honores illos Athenis publici iuris facere[63]). Uno in decreto iubetur scriba Samio cuidam homini, qui forte adest, exemplar decreti in honorem eius compositi tradere[64]); in altero[65]) praetores exemplar decreti obsignatum homini honorato mittere iubentur. Alia nimirum res erat, cum honores, qui alicui decernerentur, non verbis tantum continerentur, sed res quaedam, velut coronae aureae, statuae concederentur; ad eas quidem homini honorato apportandas legati necessarii erant[66]). Quamquam autem Athenienses ipsi non magnopere videntur curasse, ut res publicae aliae de honoribus civibus earum a se concessis certiores fierent, ipsi tamen ab aliis civitatibus per legatos rogari volebant, ut honores, quos eae hominibus Atheniensibus decrevissent, ipsi agnoscerent[67]).

In aliarum Graecarum civitatum decretis[68]) iubentur nonnunquam magistratus ipsis viris honoratis, cum illi nimirum adsint, dare exemplaria[69]) obsignata[70]); perferenda dantur etiam hominibus aliis de rebus publice missis, ut theoris[71]). Plerumque autem magistratibus committitur, ut exemplar decreti civitati illi, cuius civis honoratus sit, mittant obsignatum[72]). Qua tamen in re magistratus non videntur legatorum opera usi esse, quorum ita semper in decretis mentionem fieri exspectandum esset, cum tamen

---

[63]) Cf. formulam: *ἵνα δὲ καὶ ὑπόμνημα ὑπάρχῃ τῆς γεγονείας παρὰ τοῦ δήμου τιμῆς, ἀναγράψαι κτλ.* (alia ratio rei publicandae non commemoratur): CIA II, 427, 455.

[64]) CIA II, 1b vs. 25; dicitur illud exemplar *βιβλίον*, quippe quod ex decretis publice conservatis denuo transcriptum esse videatur.

[65]) CIA II, 443.

[66]) CIA II, 251, 311. — Utrum CIA II, 51 de legatis cogitandum sit, qui Dionysio filiisque coronas aureas apportent, an alio modo coronae illae missae sint, in dubio relinquendum est. Fortasse ex mentione theororum in ultima decreti parte facta concludendum est illis, ad diem festum quendam Syracusis celebrandum missis, etiam hoc munus coronarum tradendarum commissum fuisse; cf. cleruchorum decretum CIA II, 592 et n. 71.

[67]) Cf. Aesch. III, 47 et legationem a cleruchis Athenas missam: CIA II, 592.

[68]) Ratio decreti cum viro honorato communicandi non satis certo modo indicatur verbis tituli cuiusdam Tithroniorum (Corr. hell. V, 441 no: I): *διαποστεῖλαι δὲ [τὸ ψάφισμα?] καὶ διὰ τὸ λοιπὸν παρακαλεῖν αὐτὸν κτλ.*

[69]) Vel ipsa decreta insculpta (*χαλκώματα*) tradenda commemorantur in Rheginorum (Bulletino etc. 1878, p. 125) et Agrigentinorum (CIG III, 5491) titulis.

[70]) L. V, 81 (3053), *Ἐφ. ἀρχ.* 3267. Magistratus commemoratio deest L. V, 1618; cf. CIG II, 2671 vs. 7.

[71]) Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 4.

[72]) CIG II, 2152b, 2329, 2332, 2347c extr., 2349b vs. 18 et in fine, Rangabé 688 (2139b) extr., 750 (Ross, Inscr. ined. 314); cf. Mitth. VII, p. 68—69 no: II (cf. p. 75).

in eiusdem regionis decretis modo commemorati inveniantur, modo non[73]). Immo suspicari licet decreta illa una cum epistulis[74]) vel tanquam epistulas[75]) esse missa; certe per nuntios perferebantur. Neque igitur mirabimur, quod homines ad haec decreta apportanda missi, etsi certis verbis commemorantur, tamen legati non audiunt[76]). Quod cum in aliis quidem legati ad hanc rem curandam constituantur[77]), hoc modo singularis quaedam sollemnitas missioni decretorum videtur addi. Attamen apparet auctoritatem legatorum, quibus nihil fere aliud faciendum esset, nisi quod nuntii perficere et possent et haud raro solerent, satis exiguam fuisse[78]). Certe ex hac quoque re cognoscimus, quomodo posterioribus Graeciae liberae temporibus legatorum potestas magis magisque incerta fieri potuerit.

Quoniam de agendi potestate legatorum exposuimus, de privilegio quodam, quo nostri legati uti fere solent, pauca monere liceat. Quaeritur enim, sintne Graecorum legati sacrosancti habiti. Recte a plerisque viris doctis[79]) id negatur.

Proprium enim legatorum commercium non fuisse nisi in pace

---

[73]) Teniorum, nimirum *νησιωτῶν*, decretum CIG II, 2334 compara cum CIG II, 2329 et 2332.

[74]) CIG III, 4380i: *μαρτυρηθέντα δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μεγίστης Οἰνοανδέων πόλεως διά τε ψηφίσματος καὶ ἐπιστολῆς.* Corr. hell. IV, p. 352 vs. 49: *γράψαι δὲ περὶ τούτων τὰμ πόλιν ποτὶ Ἀθηναίος τὸς ἐν Δάλοι κατοικίοντας καὶ ποτὶ τὸν Ταρσέων δᾶμον, ὑποτάξαντας τὸ ἀντίγραφον τῶδε τῶ ψαφίσματος.*

[75]) CIG II, 2060 vs. 33: *διαπέμψασθαι δὲ καὶ τὸ ψάφισμα τοῦτο δι' ἐπιστολᾶς κτλ.* — Ulrichs, Reisen u. Forschungen I, p. 67, no: 20: *γράψαι κτλ.* Mitth. VII, 338: *γράψαι δὲ καὶ πρὸς τὰς πόλεις τὸ ἀντίγραφον τοῦ ψ.*

[76]) Cf. Revue arch. N. S. VIII, p. 470 vs. 31; cf. etiam *ἄνδρας*: L. V, 87 vs. 32, imprimis Corr. hell. IV, p. 352 (v. n. 74), ubi duo homines commemorantur, qui decretum Delum transferant, ibique quodammodo legatorum vicibus fungantur; ex ipsis decreti verbis homines illi creantur imprimis *ἐπὶ τᾶς ἀναθέσεος τᾶς στάλας* (vs. 53).

[77]) Legati mitterentur necesse erat, cum aliae res praeter decreta tradendae essent (cf. n. 66), praecipue ad reges: Monatsber. d. berl. Ak. 1875, p. 554. Etiam communia melius legatos mittebant: L. V, 281 (c. technitarum), cf. CIG II, 3067 extr. eorundem legatos, qui locum decreti statuendi et a Deliis et a Teniis petant. Praeterea occurrunt legationes Abderitarum (Corr. hell. IV, p. 48 vs. 39) et Trallianorum ((Corr. hell. III, 466) et aliorum, quorum decreta v. n. sequ.

[78]) Non neglegendum puto, quod plerumque ad decreta honorifica perferenda non plena legatio mittitur, sed unus tantum legatus, quem raro in universum mitti videbimus: CIG II, 2167c, 3640, Ross, inscr. ined. 250, Corr. hell. V, 211 vs. 12.

[79]) Heffter (De antiquo iure gentium prolusio, Bonnae 1823, p. 10): „De praeconibus res certa et satis nota. De genuina legatorum sanctitate nihil certi auserim affirmare". — Turrettini (l. l. p. 15): „Ius gentium, quod erga legatos adeo laxum aut fortasse nullum fuit etc." — Heysius (l. l. p. 8 sq.) rem eodem fere modo atque nos expedivit.

concedendum est; in bello non eodem modo atque praecones[80]) sacrosancti erant, nisi securitas eis per praeconem praestaretur[81]). Itaque in bello eos Graeci non magis quam privatos homines verebantur neque contra leges iuris gentium peccare sibi videbantur, si eos interficerent[82]).

Quae cum ita sint, ne illud quidem mirabimur, quod Graeci legatos populi, quocum bellum erat, alio missos intercipiebant, cum possent, atque necabant[83]); quod si quis Graecis opprobrio vertere vult, opprobrium est crudelitatis non iniustitiae[84]). Nonnunquam ei, qui hostium legatos comprehenderant, satis habebant eos in custodia retinere[85]). Eius vero civitatis legatis, quacum bellum non erat, etiamsi ad hostes proficiscerentur, pepercisse Graecos statuendum videtur; impediebant tantum eos, quominus ea, quae hostibus lucro esse possent, perficerent, imprimis quominus legationem pergerent[86]).

Quamvis autem legati belli temporibus sacrosancti non essent, pace tamen florente eos violari nefas visum esse ex eo cognoscitur,

---

[80]) De praeconibus cf. Herod. VII, 136, Poll. VIII, 139, Diod. XXX, 18, 2, qui leges iuris gentium etiam in bello observatas enumerat. In sola epistula Philippi (Dem. XII, 4) legati una cum praeconibus commemorantur, qui ex legibus omnis commercii publici tuti habeantur: *καίτοι τὸ παρανομεῖν εἰς κήρυκα καὶ πρέσβεις τοῖς ἄλλοις τε πᾶσιν ἀσεβὲς εἶναι δοκεῖ καὶ μάλιστα ὑμῖν.* Verecundiam quandam fuisse legatorum statuere licet, sed minime ex illo epistulae loco colligendum legatos eodem modo sacrosanctos fuisse atque praecones.

[81]) De duplici ratione, qua hoc fieri poterat, v. i. § 6 extr.

[82]) Cf. Thuc. I, 53, 1: *ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐσβιβάσαντας ἄνευ κηρυκείου προσπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ πεῖραν ποιήσασθαι*; illi homines publice missi ipsi declarant: *εἰ — τὰς σπονδὰς λύετε, ἡμᾶς τούσδε λαβόντες πρῶτον χρήσασθε ὡς πολεμίοις.* Corcyraei quidem, qui iam bellum manifestum gerunt, volunt eos, qui non cum praecone venerint, interficere.

[83]) Cf. Albericum Gentilem (l. l. p. 43): „Legati ex ipso nomine ad alios non sunt, nisi ad quos legantur. Cum aliis ergo iura legationis non obtinent."

[84]) Thuc. II, 67, 4: Athenienses Lacedaemoniorum aliorumque legatos ad Persarum regem proficiscentes interimunt; explicatur vero crudelitas Atheniensium vel eo, quod Lacedaemonii quoque Atheniensium mercatores, homines nimirum privatos, necaverunt. Cf. legatos auctoribus Atheniensibus necatos, qui hosti auxilium adducebant: Thuc. VII, 32, 2. — Non aliter tractaverunt Lacedaemonii Atheniensium legatos: Harp. s. v. *Ἀγνίας.*

[85]) Thuc. VIII, 86, 9; cf. Pol. XXI, 26, 8: legatos ab Epirotis retentos, qui dicant bellum sibi esse cum Aetolis, quam quidem rem satis iniustam Polybii temporibus habitam esse ex tota narratione apparet.

[86]) Thuc. IV, 50. — Ex moribus Graecorum haud raro satis mitibus etiam id explicatur, quomodo fieri possit, ut Boeotorum legati ab Agesilao petant, ut se admittat ad Boeotorum exercitum quendam ab ipso obsessum (Xen. Hell. IV, 5, 9). — Cf. etiam varium modum, quo Alexander Magnus solet legationes singulas quas intercepit Graecorum tractare: Arr. An. II, 15, 2sqq., III, 24, 4 (Curt. III, 13); cf. Carthaginiensium: Arr. An. II, 24, 5 (Curt. IV, 4); nullum omnino legatum necavit.

quod, cum res publica altera cum alterius legatis agere nollet vel etiam legatis propter ea, quae illi proponebant, quam maxime irasceretur, nullis tamen malis illos afficere ausa est, sed hoc tantum eis indicere solita, ut intra breve quoddam temporis spatium extra suos fines essent, nisi hostium loco haberi vellent[87]. Sed etiam belli temporibus legatos sacrosanctos tum certe habitos esse statuere licet, cum praecones eis securitatem praestarent. Quin etiam tum legatos hostium, hoc modo missos, inviolatos esse remissos probabile est, cum res publica, ad quam veniebant, antea declaravisset se ab ipsorum re publica praecones vel legatos accipere nolle[88]. Vix enim persuadere mihi possum etiam praeconibus ius libere inter omnes eundi, quod eis ab omnibus Graecis concedebatur, tam facile adimi potuisse. Ne praeconibus quidem pepercisse Graecos tum tantum suspicari licet, cum hoc eveniret, ut civitas propter delicta contra ius gentium ab altera commissa declararet nullum omnino ius gentium intercedere inter se et illam, quod decretum esse scimus ab Atheniensibus de Megarensibus[89].

Itaque ne pacis quidem temporibus legatos a Graecis ita inviolabiles patet existimatos esse, ut apud nos. Nunc scimus legatum regis externi ne tum quidem in iudicium vocari, cum contra civitatem, in qua legatus est, aliquid clam molitus sit; satis habent principes eiusmodi legatum expellere et a principe eius res repetere, neque vero corpori eius manus affertur. Apud Graecos videmus legatos exterarum civitatum comprehensos et in ius vocatos esse, si quid contra civitatem, in qua morarentur, essent machinati[90].

Nec desunt exempla legatorum vel in pace vel tum, cum praeconis opera securitas eis praestaretur, male tractatorum, quippe

---

[87]) Eodem plerumque die eis abeundum erat: cf. Her. VII, 149: *προειπεῖν τε τοῖσι ἀγγέλοισι πρὸ δύντος ἡλίου ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Ἀργείων χώρας, εἰ δὲ μή, περιέψεσθαι ὡς πολεμίους*; Dem. XV, 22: *ἀλλὰ καὶ πρέσβεις ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος, ὥς φασιν, ἐξαιτήσοντάς τινας τῶν φυγάδων τῶν ὑμετέρων ἐψηφίσαντο, ἐὰν μὴ πρὸ ἡλίου δύντος ἀπαλλάττωνται, πολεμίους κρίνειν.* — Thuc. II, 12, 2: *ἐκέλευον ἐκτὸς ὅρων εἶναι αὐθημερόν.* — Cf. Arr. An. I, 19, 2: *Ἀλέξανδρος δὲ Γλαυκίππῳ μὲν προστάσσει ἀπαλλάττεσθαι κατὰ τάχος ἐς τὴν πόλιν.*

[88]) Thuc. II, 12, 2 et V, 80, 1: *κήρυκα καὶ πρεσβείαν μὴ προσδέχεσθαι*; idem Philippo denegatum est ab Atheniensibus, quod concludendum est ex Aesch. II, 13.

[89]) Plut. Pericl. XXX: *ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων θανάτῳ ζημιοῦσθαι.*

[90]) Thuc. III, 72, 1 et Xen. Hell. V, 4, 22; causae, quas utroque loco additas habemus, ex sententia Atheniensium videntur dicta esse, ut se excusarent de legatis comprehensis; ceperunt enim alteros *ὡς νεωτερίζοντας*, alteros *ὡς καὶ τούτους συνεπιβουλεύοντας*. Commemorandum tamen est Themistoclem iam propterea metuisse, ne Lacedaemonii se suosque collegas retinerent et punirent, quod eos fraude quadam deceperat (cf. legationem illam enarratam apud Thuc. I, 91, 3, Plut. Them. XIX, Diod. XI, 40, 2sqq.).

quod etiam praeconibus et potuisse accidere et accidisse sciamus[91]). Ex tota autem ratione, qua de singulis eiusmodi factis a scriptoribus exponitur[92]), cognoscere licet Graecis ipsis talia contra ius gentium fieri visa esse. Quod quantopere posterioribus imprimis Graeciae liberae temporibus persuasum fuerit, elucet ex narratione Polybii[93]) de legatis a Manio praetore Romanorum male tractatis.

§ 4.

Quomodo legati designati et emissi sint.

Legatos omnibus temporibus omnibus in civitatibus Graecorum creatos esse ita consentaneum est, ut demonstrare hoc non opus sit[1]). Quaerendum tamen est a quibusnam et ex quibusnam creari soliti sint.

Apud Athenienses notissimum est populi ipsius ius fuisse legatos in contionibus creandi; id quod demonstratur etiam formula sollemni, qua in titulis legati creari iubentur[2]). Senatus legatos creare non poterat, nisi haec potestas ei populi decreto concessa erat[3]); populus enim de iure suo hac tantum de causa decessisse videtur, ut creatio festinaretur[4]). Item habebat nonnun-

---

[91]) Dem. XII, 3; Aesch. II, 133; Plut. Ages. XVI; Pol. XXXIX, 10, 1 sq.; Diod. XVI, 11, 5; XVIII, 48, 3 sq.; XIX, 79, 1.

[92]) Cf. etiam adhortationem Alcibiadis (Thuc. VIII, 86, 5) cum eis, quae exposuimus § 2, n. 15.

[93]) XX, 10, 7 sqq.

§ 4. [1]) De hieromnemone sorte constituto v. Heys. p. 20, 1.

[2]) Verbum creandi habemus, quod ad legatos attinet, in titulis antiquioribus *αἱρεῖσθαι* (CIA I, 27 a, II, 17, Mitth. II, 138, 197, 212), in recentioribus *χειροτονεῖν*: CIA II, 197, 251, 311, 592, 593 (cleruchorum enim Atticorum decreta hac in re recte videntur comparari); *ἐπιχειροτονῆσαι* legimus in decreto satis antiquo (*Ἀθ*. VI, 270), quod tamen verbum valde dubium videtur utrum de simplici creatione dictum sit, an aliter explicandum, cum titulus nimis lacer traditus sit. Formula ipsa solet esse *ἑλέσθαι* vel *χειροτονῆσαι τὸν δῆμον κτλ.* (CIA I, 40 aliam habemus dicendi rationem: *πρέσβεις δὲ τρεῖς πέμψαι*, cuius tamen decreti singularis est ratio, cum legati in eo omnino non re vera constituantur, cf. Boeckh, Oecon. publ. II, 761). Neglegentiae vero, non certo consilio tribuendum est, quod duobus tantum titulis (CIA II, 311 et Mitth. II, 138) deest expressa populi commemoratio.

[3]) Mitth. II, 212: *ἑλέσθαι δὲ πρέσβεις αὐτίκα μάλα τὴν βουλὴν κτλ.* — Legatos quidem creare senatus nullo alio iubetur decreto — ficti enim, quod invenitur Dem. XVIII, 164 sq., ratio habenda est nulla —, saepius alios homines publice mittendos, cf. CIA I, 9, IV, 27 a vs. 66; etiam praecones senatui mittendi sunt, qui civitatibus sociis aliquid imperent: *Ἀθ*. VIII, p. 409; ibidem iubetur senatus alias civitates Graecas certiores facere de decreto quodam Atheniensium, neque vero per legatos, ut suspicari licet, sed per nuntios sive per litteras.

[4]) Non casui puto attribuendum esse, quod in decreto, ubi senatus iubetur legatos mittere, additum habemus formulae sollemni *αὐτίκα μάλα*, quod praeterea in paucis tantum decretis legitur: CIA I, 22 a, 27 a vs. 47 II, 17 vs. 73, 197.

quam ex decreto quodam populi senatus auctoritatem legati sufficiendi[5]). Ut a populo, ita etiam ex populo universo creari solebant legati apud Athenienses[6]). In decreto illo, quo senatus iubetur legatos creare, hoc etiam illi conceditur, ut quinque legatos, h. e. dimidiam legationis partem, ex ipsorum senatorum numero creet[7]).

Ceterarum Graecarum civitatum decreta non tam certam rationem dicendi exhibent, quam Atheniensium. Solet quidem haud raro simili modo atque in Atheniensium, cum de legatis mittendis sermo sit, hoc dici creandos esse eos (*ἑλέσθαι*, *χειροτονῆσαι*, *ἀποδεῖξαι*, similia)[8]); raro solet certis verbis addi a

---

[5]) Concludendum hoc est ex eis, quae de tertia legatione ad Philippum missa scimus. Aeschines enim se legati munere abdicaverat; Aeschinis frater autem, qui loco eius a senatu creatus erat, non potest a populo quoque legatus creatus esse, quoniam ex Demosthenis narratione (XIX, 123 sqq. coll. c. Aesch. II, 94 sq.) clarissime apparet nullam omnino fuisse concionem ante eam, in qua, cum legati ex itinere imperfecto redissent, legati ab initio creati denuo a populo constituerentur; hoc igitur modo in locum legati a populo creati (cf. Aesch. l. l. *τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας*) legatus a senatu suffectus est. Hanc peculiarem senatus auctoritatem Demosthenem ante oculos habuisse statuendum erit cum diceret (XIX, 126): *οὔτε βουλῆς οὔτε δήμου χειροτονήσαντος αὐτόν.*

[6]) Propterea solet in formula usitata, qua legationem mittendam esse decernitur, addi: *ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων* I, 22a (?), II, 66, 251, 311 vs. 44, 592 et 593 (cleruch.), Mitth. II, 197; quod tribus in titulis (CIA IV, 27a vs. 47, II, 17 vs. 72, Mitth. II, p. 138) deesse hoc additamentum certum est (etiam CIA II 15b N. Add. videtur defuisse), id apparet explicandum esse ex minus accurata ratione dicendi vel scribendi. Ad decreti verba spectat etiam, quod apud Andoc. III, 6 legitur: *καὶ ἠρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων πρέσβεις*; cf. Arr. I, 10, 3: *δέκα πρέσβεις ἐκ πάντων τῶν Ἀθηναίων*; schol. Aesch. Tim. § 20, p. 724: *ἐπέμποντο δὲ ἐκ πάντων Ἀθηναίων* (de praeconibus dictum). — Ex Dem. XXIII, 172: *ἑλέσθαι πρέσβεις δέκα ἄνδρας ἐξ ὑμῶν αὐτῶν* concludere licet, quomodo illud *ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων* intellegendum sit, cum loco illius *ἐξ ὑμῶν αὐτῶν* in decreto scriptum fuisse *ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων* appareat. Opponitur enim haec creandi ratio *ἐξ Ἀθ. ἁ.* alteri, secundum quam non ex populo ipso creabantur, nempe ex senatu (v. n. seq.). De creatione vero aliqua secundum phylas facta, opposita illi *ἐξ Ἀ. ἁ.* omnino cogitari non posse, etiamsi decem habemus legatos, iam satis demonstratum est (cf. Schaefer, Demosthenes etc. II, p. 182, 2; Heysius p. 25 sqq. hac in re denuo demonstranda nimiam posuit operam).

[7]) Mitth. II, 212: *ἑλέσθαι δὲ πρέσβεις αὐτίκα μάλα τὴν βουλὴν δέκα ἄνδρας, πέντε μὲν ἐκ τῆς βουλῆς, πέντε δὲ ἐξ ἰδιωτῶν.* Semper et certo more partem legatorum ex senatorum numero creatam esse demonstrari nequit, neque propter ipsum nostrum decretum, quo id certis verbis constituitur, verisimile est; sed cf. Hartel, Demosth. Stud. II (Acta Acad. Vind. 1877, vol. 88) p. 462. — Decretis in Demosthenis oratione XVIII (§ 164 sq.) allatis, quae Heysius (l. l. p 27) comparat, cum in eis legati e senatu creati inveniantur, omnino nulla est habenda auctoritas.

[8]) *ἑλέσθαι κτλ.*: CIG II, 1837 b, 2334, 3595 vs. 42, Ross, Inscr. ined. 93, L. V, 281, Arch. Ztg. 1879, tit. el. n. 254, Corr. hell. V, 211 vs. 12, Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos p. 80, n 127 vs. 40; cf. Corr. hell. V. 303 vs. 27 (*ἑλέσθαι δὲ θεωροὺς τρεῖς*). Accuratius de creatione exponitur:

populo[9]) vel ex civibus omnibus eos esse creandos[10]). Magistratuum in legatis creandis auctoritas in aliis rebus publicis alia erat. Notissimum est apud Lacedaemonios ephoris potestatem fuisse legatorum creandorum. Apud Rhodios videmus populum de hac re solum in suffragium ire, utrum legati de certa quadam re mittendi sint, necne; cum populus legatos esse mittendos decrevisset, magistratus illi, quorum auctoritas in rebus externis tractandis omnino videtur magna fuisse (*πρυτάνεις*), legatos ipsi creabant[11]). Apud eosdem etiam nauarcho cuique per ipsum munus ius fuisse legationis obeundae addere licet[12]). In universum statuendum videtur in aliis rebus publicis magistratibus maiorem potestatem in legatis creandis fuisse, quam Athenis[13]); quamquam in plerisque non licuisse uti hac facultate magistratibus nisi rebus urgentibus suspicari licet. Sic etiam Achaeorum praetor nonnunquam legatos mittendos curat[14]). Propter exiguitatem rei exsequendae[15]) videtur etiam apud Abderitas magistratibus quibusdam, qui *νομοφύλακες* audiunt, per decretum commissum esse, ut legatos mitterent[16]).

Rev. arch. N. S. VIII, p. 470 vs. 30: *μετὰ δὲ τὰν κύρωσιν τοῦδε τοῦ ψαφίσματος ἑλέσθω ὁ δᾶμος παραχρῆμα ἕνα ἄνδρα* (v. § 3, n. 76). — *χειροτονῆσαι*: CIG II, 2270. — *δεῖξαι*: CIG II, 3640. — *ἀποδεῖξαι*: CIG II, 3137 vs. 24 (cf. vs. 31, 32, 81), L. V, 87 vs. 32, ubi Lebasius minime probabiliter supplevit *διαλέξαι*; cf. Rangabé 738: *ἀποδειχθεὶς πρ.* (De vi verbi *ἀποδεικνύναι* cf. tit. Corr. hell. IV, 110 = Hermes IX, p. 50, ubi verba *ἀποδεικνύναι* et *χειροτονεῖν* promiscue de eorundem creatione usurpantur.) — Duobus tantum in titulis, ubi legati mittendi decernuntur, de creatione non certis verbis sermo est: L. V, 383: *πρεσβεύειν δὲ καὶ κτλ.*, CIG II, 3067 vs. 36 ex coni.: *πέμψαι δὲ καὶ κτλ.*

9) Rev. arch. N. S. VIII, p. 470 (v. n. 8): *ἑλέσθω ὁ δᾶμος*. (Cf. homines ad reconciliandas civium partes creatos: CIG II, 2166 vs. 16: *ἑλέσθαι τὸν δᾶμον κτλ.*; alios quosdam curatores: Corr. hell. V, 157, vs. 27: *οἱ αἱρεθέντες ἐπιμεληταὶ ἄνδρες τρεῖς, οὓς κα οἱ πολλοὶ ἕλωνται*, vs. 42: *ἐπιμελητὰς τρεῖς ἐκ τῶν προβληθέντων, οὓς κα οἱ πολλοὶ ἕλωνται διὰ τᾶς ψάφου.*) CIG II, 3640: *δεῖξαι δὲ καὶ πρέσβεια ἐν τᾷ ἐκκλησίᾳ.*

10) CIG II, 3595 vs. 42: *ἑλέσθαι δὲ καὶ πρεσβευτὰς ἐκ πάντων Ἰλιέων ἄνδρας τρεῖς, οἵτινες κτλ.*, quae ratio dicendi cum decretorum Atticorum quam maxime convenit; II, 1837b: *ἑλέσθαι δὲ πρέσβεις ἐκ πάντων πολιτῶν ἄνδρας κτλ.*

11) Polyb. XXIX, 10, 1: *προτεθείσης χειροτονίας τοῖς Ῥοδίοις ἐνίκων οἷς ἤρεσκε πέμπειν τοὺς πρέσβεις ὑπὲρ τῶν διαλύσεων*; cf. c. 4: *οἱ δὲ πρυτάνεις παραχρῆμα πρεσβευτὰς κατέστησαν τοὺς διαλύσοντας τὸν πόλεμον.*

12) Polyb. XXXIII, 15, 3 et imprimis XXX, 5, 4 sq.

13) Hac in re fortasse etiam civitas quaedam ignota comparanda est, cuius magistratibus videtur licuisse legatos mittere: cf. Polyb. frgm. *ἐξ ἀδ.* 152 Hu.: *παρῃτήσαντο τοὺς πρυτάνεις πέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας.*

14) Pol. XXII, 3, 4: *εὐθέως ὁ Φιλοποίμην πρεσβευτὰς καταστήσας τοὺς περὶ Νικόδημον τὸν Ἠλεῖον ἐξέπεμψε εἰς τὴν Ῥώμην.*

15) Cf. § 3, p. 45 et n. 77 sq.

16) Corr. hell. IV, p. 48 vs. 38. Hoc enim negotium solum legatis illis curandum est, ut decretum in honorem Teiorum quorundam compositum Teum perferant; praeterea fortasse premendum est voluisse

Posterioribus maxime temporibus quam habuerint magistratus agendi libertatem, etiam ex eo cognoscitur, quod actiones cum aliis civitatibus ita incohabant, ut legati nondum mitterentur[17]).

De ipsa ratione creandorum legatorum in singulis civitatibus accuratiora non scimus; pendet omnino haec quaestio ex rerum publicarum variis institutis, a nostra igitur disputatione segreganda erit. Unum monere liceat: vario modo in variis civitatibus senatum una cum populo occupatum fuisse in legatis creandis[18]).

Neque vero solum ex magistratuum opera creatio legatorum pendebat, sed legati etiam ex ipso senatu[19]) vel magistratuum numero[20]) eligebantur. Praetores quoque vel alios magistratus Achaeorum[21]) et Aetolorum[22]), quibus omnino res externae curandae essent, saepe legatos missos esse non mirabimur. Apud Lacedaemonios reges haud raro legationes obisse scimus[23]). Ut civitates liberae magistratus in legationes mittebant, ita reges solebant in legationes

---

Abderitas, ut res properaretur; verbum enim videtur fuisse *σπευδέσθωσαν* (*οἱ νομοφύλακες πρεσβευτάς*).

[17]) CIG II, 3137, vs. 13 ipse praetor Smyrnaeorum quidam Magnesiam it, Magnetibus persuasurus, ut legationem Smyrnam de foedere faciendo mittant. Neque enim cum Boeckhio facere possum, qui in verbis *διεπέμψαντο πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίᾳ κατοίκους καὶ πρὸς τοὺς ὑπαίθρους ἱππεῖς καὶ στρατιώτας, καὶ ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν ἕνα Διονύσιον τὸν παρακαλέσαντα κτλ.* explicat (p. 699 b) *ἐξ αὐτῶν ἕνα* „unum ex Magnesiae illis incolis“. Si quidem homo quidam Magnes a Smyrnaeis ad ipsos Magnetas missus esset, exspectaremus rem tam peculiarem clarius expositam. Verba multo simpliciore modo intelleguntur, si legimus *ἐξ αὐτῶν ἕνα*, ita ut pronomen referatur ad ipsos praetores.

[18]) De probole apud Athenienses a senatu facta cf. Schoemann, De comitiis Ath. p. 328; Heyse, l. l. p. 21. — Nonnunquam de hominibus creandis et a senatu et a populo in suffragium itum esse illustratur optime curatoris imaginis creatione in Cnidiorum titulo accurate descripta (Newton, Halic. Cnid. and Branchidae II, p. 762, no: 49): *ἑλέσθαι δὲ — ἄνδρα ὅστις ἀναδεξάμενος — τὰν ἐπιμέλειαν τᾶς εἰκόνος τᾶς ἀναστάσιος ἐν τάχει ποιησεῖται· ἐκυρώθη χειροτονίᾳ ἐν βουλᾷ, ἐκυρώθη καὶ ἐν τῷ δάμῳ χειροτονίᾳ· ψᾶφοι αἷς ἔδοξε κυροῦν —, αἷς δὲ μὴ οὐδεμία· ἀνὴρ αἱρέθη ἐπὶ τᾶς ἀναστάσιος τᾶς εἰκόνος Νεικήφορος κτλ.* — Ad emissionem magis quam creationem referendum videtur, quod praetor Aetolorum praeter ipsum *κοινόν* commemoratur (CIA II, 323 et Corr. hell. V, 303 vs. 8).

[19]) Cf. Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos, p. 80 sq. n. 127 extr.: *εἱρέθησαν πρεσβευταὶ τῶν βουλευτῶν.*

[20]) De nauarcho Rhodiorum v. n. 12. — Cf. Pol. IV, 72, 3. — In decreto Aeginetarum (CIG II, 2139 b extr.) legerat Boeckhius *ἀποστεῖλαι δὲ τοὺς ἐπ' Ἀριστόνου στρατηγοὺς πρὸς τὸν βασιλέα*, ita ut praetores missi esse viderentur; aliter tamen restituendum esse titulum censemus; cf. Rangabé, Ant. Hell. 688 (§. 3, n. 72).

[21]) Cf. Paus. VII, 14, 2: *ἀποστέλλουσι δὲ καὶ ἐς Ῥώμην ἄλλους τε Ἀχαιῶν τῶν ἐν τέλει καὶ Θεαρίδαν.*

[22]) Pol. XVIII, 1, 4: *παρὰ δὲ τῶν Αἰτωλῶν Φαινέας ὁ στρατηγός, καὶ πλείους δ' ἕτεροι τῶν πολιτευομένων*; eundem Phaeneam in legationem missum v. Pol. XX, 10, 1; XXI, 25, 11 etc.

[23]) Cf. Aristot. polit. II, 9 p. 1271 a vs. 24 et Xenoph. Ages. II, 25.

maioris quidem momenti homines genere proximos mittere[24]). Communia illa hominum ad sacra quaedam facienda vel ad aliud quid curandum coniunctorum, quae posterioribus temporibus et ipsa legationes mittere videmus, satis nonnunquam habebant *προστάτην* suum mittere[25]).

Quodsi quaerimus, ex quibusnam hominibus legati creari potuerint, apparet ex omnibus eis eos electos esse, ex quibus etiam alii magistratus creari possent; praeterea peculiaria quaedam in legatis creandis observari solent. Antiquioribus quidem temporibus ex hominibus tantum aetate provectis legatos creare licuisse iam ipso nomine clarissime indicatum videtur. Quem morem quamquam mox in oblivionem venisse statuamus necesse est[26]), ex nonnullis tamen exemplis[27]), ubi Athenienses videmus distinctis verbis certam aetatem definire, recte concludendum videtur quondam fuisse apud Athenienses vetitum, ne quis ante quinquagesimum aetatis annum perfectum legationem obiret[28]). Etiam Chalcidensium legem commemorat Heraclides Ponticus[29]), qua constituitur, ne quis aut magistratus creetur aut legatus, antequam eundem aetatis annum consecutus sit.

Praeter ceteros eos legatos creatos esse, qui civitati, ad quam mitterentur, essent grati[30]), per se patet; imprimis igitur proxenos

---

[24]) Dionysius: Diod. XIV, 62, 1, Agathocles: Diod. XXI, 15; cf. imprimis Pergamenorum reges, qui legationes Romam mittunt: Pol. XXX, 1, 1; XXXII, 3, 2; 28, 1; XXXIII, 18. 1 etc.; comparari possunt etiam reges barbari, velut Thracum: CIA II, 66b, 175b, etc. Una cum illis cognatis saepe etiam alii legati mittebantur: Pol. XXIII, 1, 4: *σὺν δὲ τούτοις οἱ παρ' Εὐμένους ἧκον ἅμ' Ἀθηναίῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἀδελφῷ*; Corr. hell. IV, 48 vs. 6: *περὶ ἧς ἐπιδοὺς ἀξίωμα βασιλεὺς Θρᾳκῶν Κότυς τῇ συγκλήτῳ διά τε τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τῶν ἅμ' ἐκείνῳ ἐξαποσταλέντων ὑπ' αὐτοῦ πρεσβευτῶν ᾐτεῖτο κτλ.*

[25]) Cf. decreta imperatorum quidem Romanorum temporibus composita: CIG III, 5908; Bull. dell' Inst. etc. 1849 p. 149.

[26]) Neque enim ex Polybii (XXIV, 6, 5) verbis *νεώτερον ὄντα τῆς κατὰ τοὺς νόμους ἡλικίας* concludendum est, eius temporibus legatos e senioribus creatos esse; intellegenda sunt de eo aetatis termino. qui alicui consequendus erat, ut omnino in rebus publicis versari posset.

[27]) CIA I, 40 vs. 17: *πρέσβεις δὲ τρεῖς πέμψαι ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότας ὡς Περδίκκαν* et Plut. Pericl. XVII: *Ἐπὶ ταῦτα δ' ἄνδρες εἴκοσι τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων ἐπέμφθησαν κτλ.*, ubi nobis rem accurate definientibus quattuor statuendae sunt legationes, eodem tempore missae (cf. § 5, n. 34). — Plato quidem vetat (Legg XII, p. 950d), ne quis ante perfectum annum quadragesimum publice legatus emittatur.

[28]) Cf. Sauppe (Inscriptiones Macedonicae quattuor 1842, p. 13): „Neque enim Diopithes videtur hoc uno tempore illud rogasse, sed morem Atheniensium secutus esse."

[29]) Müller, Fragm. Histor. II, p. 222 (XXXI, 2).

[30]) Cf. Thuc. V, 40, 3: *οἳ ἐδόκουν προσφιλέστατοι αὐτοῖς εἶναι*; V, 44, 3: *δοκοῦντες ἐπιτήδειοι*; Xen. Hell. VI, 5, 4: *πέμπουσιν οὖν — ὅτι ἐδόκει πατρικὸς φίλος αὐτοῖς εἶναι*; Arr. An. I, 10, 3: *πέμπει παρὰ Ἀλέξανδρον, οὕστινας ἐπιτηδειοτάτους Ἀλεξάνδρῳ ἐγίγνωσκον*, similia.

illius civitatis mittere solitos esse Graecos scimus[31]). Neque magis mirandum, quod praecipue ex oratoribus creari solebant; posterioribus temporibus ex philosophorum numero imprimis apud Athenienses saepe eligebantur legati[32]).

Postquam legati creati fuerunt, apud Athenienses suspicari licet eis item atque magistratibus, quamvis illis vix adnumerandi sint, *δοκιμασίαν* subeundam fuisse[33]), cum eidem etiam *εὐθύνας* haberent[34]); profectionem autem legatorum senatus curabat[35]).

§ 5.

De numero legatorum.

Quod supra de nomine legatorum disputantes[1]) demonstravimus, formam simplicem in singulari numero paucis modo locis antiquiorum scriptorum legatum publicum significare, sed eius loco mox formam derivatam *πρεσβευτής* in usum venisse et in numero plurali formam brevem, eamque diu solam[2]), in usu mansisse, eius rei causa iam ex hac paragrapho clarissime apparebit. Videbimus enim singularis formam in significandis legatis ideo plane in oblivionem venisse, quoniam hunc fere fuisse morem Graecorum cognoscemus non unum sed complures legatos mittendi. Vox autem *πρεσβευτής*, cum derivata esset a verbo, ab initio eandem fere vim habebat atque participium *πρεσβεύων*; significabat nimirum eum, qui ad legationem aliquam pertinebat. Optime hanc diversam vim formarum illustrat locus orationis Andocideae de pace habitae[3]): *πρεσβευτὰς οὖν πάντας ὑμᾶς ἡμεῖς οἱ πρέσβεις ποιοῦμεν· ὁ γὰρ τὴν χεῖρα μέλλων ὑμῶν αἴρειν, οὗτος ὁ πρεσβεύων ἐστὶν κτλ.*[4]).

---

[31]) Cf. Meier, De proxenia sive de publico Graecorum hospitio p. 28; Schubert, de proxenia Attica 1881 p. 78.

[32]) Cf. Turrettinium, l. l. p. 25.

[33]) Certum testimonium de hac legatorum *δοκιμασίᾳ* non habemus; potest tamen statuenda videri, cum leges commemorentur, quae homines quosdam a legatione obeunda prohibeant (Aesch. I, 19); cf. Heyse l. l. p. 28. — De *ἐξωμοσίᾳ* post creationem saepe facta cf. Schoemann: De com. Ath. p. 329, Heyse l. l. p. 28.

[34]) Ad *εὐθύνας* non revertendum erit, quoniam *εὔθυναι* legatorum ab aliorum magistratuum vix sunt diversae, de quibus iam satis disputatum; cf. etiam Turrettinium (l. l. p. 41) et Heysium (l. l. p. 54 sqq.).

[35]) Schol. Aesch. II, 94: *χρεία γὰρ ἦν μετὰ τὴν χειροτονίαν τοῦ δήμου εἰσιέναι τοὺς πρέσβεις εἰς τὴν βουλήν, ἵνα ἐπικυρωθῇ αὐτοῖς ἡ ἔξοδος.*

§ 5. [1]) § 1, n. 45.

[2]) ut omittamus duos illos titulos § 1, n. 63 sq. commemoratos.

[3]) § 41. — Pessime Heysius (l. l. p. 17) etiam ex forma *πρεσβευταί* usurpata argumentum deprompsit, cur genuinam esse orationem negaret.

[4]) Cum igitur forma *πρεσβευταί* non homines ad certam legationem pertinentes complectatur, sed magis generali sensu significet eos, qui omnino legationem obeant, fortasse etiam locis nonnullis supra (§ 1, n. 49) laudatis, ut Aristotelis, in usu formarum *πρέσβεις* et *πρεσβευταί*

Complures legatos mittere solitos esse Graecos non solum longe plurimis exemplis illustratur, sed etiam ex omnium Graecorum scriptorum ratione dicendi apparet, qui, ubi nihil dicere volunt nisi omnino legationem esse missam, semper plurali utuntur numero [5]). Posterioribus vero temporibus morem complures legatos mittendi magis magisque neglectum esse non mirabimur, si causas memoria tenemus, quibus quam maxime factum est, ut commercium publicum aliud fieret [6]). Cum enim civitatum interfuisse appareat plures mittere legatos, tyrannus vel rex uno contentus esse poterat, qui, ut minister, omnia ea, quae rex perfici vellet, curaret. Apparet etiam altera de causa, quam in commercio publico commutando valuisse indicavimus, ut nimirum litterarum auctoritas auctoritatem legatorum superare inciperet, evenisse, ut pauciores legati viderentur necessarii ad litteras illas tradendas, vel omnino unus mitteretur. Quamvis autem huius commercii publici reges auctores fuerint, tamen — id quod iam ex parte demonstratum est — civitates hanc rationem mox recepisse dicimus.

Iam de singularum civitatum Graecarum usu, qualis in numero legatorum missorum cognoscitur, exponere liceat. Initium disputandi ab ea civitate faciamus, quae sibi hac in re quam maxime constitisse videtur, a Lacedaemoniorum. In titulorum quidem copia ne unum quidem exemplum legatorum Lacedaemoniorum habemus, quo numerus eorum perspici possit; sed ex Thucydidis et Xenophontis libris clarissime apparet morem fuisse Lacedaemoniis legatos ternos mittere [7]). Hunc numerum quasi normam ex novem exemplis nostro iure a nobis statui, quamquam pauca exempla cum eo non conveniunt, de quibus mox dicemus, etiam eo confirmatur, quod haud pauca accedunt exempla ternorum hominum, a Lacedaemoniis ad negotia similia in terris alienis curanda missorum [8]). Qui numerus ternarius non ex divi-

---

statuendo non magna habenda est auctoritas; cf. Aristot. polit. II, 9 p. 1271a: *διόπερ ἐξέπεμπον συμπρεσβευτὰς τοὺς ἐχθρούς*; IV, 15, p. 1299a: *αἱροῦνται — πρεσβευταί*; Din. I, 82: *ἐν δὲ τοῖς οἴκοι μένουσι πρεσβευτής, ἐν δὲ πρεσβευταῖς δραπέτης ἐστίν*; fortasse etiam comparari possint: Plut. Lucull. XXVII, Demetr. XI.

[5]) Cf. etiam enuntiata § 1, n. 43 enumerata.

[6]) § 3, p. 39 sqq.

[7]) Thuc. I, 139, 3; II, 67, 1 (Herod. VII, 137 certa de causa duos tantum commemorat); IV, 119, 2; V, 21, 1; 42, 1; 44, 3; Xen. Hell. III, 2, 6 (cf. 8); 4, 6; V, 4, 22. — Res satis mira, cuius causam perspicere non potui, quam tamen hoc loco haud reticendam puto, est, quod Thucydides et Xenophon legatorum Lacedaemoniorum nomina semper fere solent afferre, rarius legatorum ab aliis civitatibus, etiam ab Atheniensibus, missorum.

[8]) Tres exercituum duces habemus: Thuc. III, 100, 2; V, 12, 1; tres, qui res quosdam inspicerent, missos: Thuc. IV, 132, 3; res bellicas tractaturos: Thuc. VIII, 7; *οἰκιστάς*: Thuc. III, 92, 5; symbulos: Thuc. II, 85, 1 (quorum numerus plerumque aliter comparatus esse

sione aliqua populi explicari potest, quae quinorum potius numerum in magistratibus quibusdam conspicuum commendaret[9]). Sed ternorum hominum numerus per se facile recipi poterat, cum esset omnino minimus, quo adhibito sententia quaedam pluribus placere posset[10]). Neque igitur mirabimur, quod etiam in aliis civitatibus Graecis eundem saepissime in legatis mittendis usurpatum esse videbimus.

Iam exempla examinemus, ubi non tres Lacedaemoniorum legatos habemus; horum paucis tantum satis magna auctoritas tribuenda videtur.

E Xenophontis[11]) loco concludendum videtur quinos legatos nonnunquam a Lacedaemoniis missos esse. Hic numerus plane convenire videri possit cum consuetudine Lacedaemoniorum, qui, ut ternos solebant mittere curatores', ita nonnunquam etiam quinos mittebant[12]). Attamen ratio, qua Xenophon de hac legatione exponit[13]), habet aliquid singulare, ita ut hoc fortasse exemplo non pro plane certo uti liceat. Quoniam enim Xenophon, cum legatos illos primum commemorat, non statim nomina addit, sed nomina quorundam hominum tum demum affert, cum de orationibus ab eis habitis exponit, fortasse concludendum est, non omnes illos Lacedaemonios legatos fuisse unius legationis, sed etiam praeter hos alios locutos esse Lacedaemonios, qui tum forte adessent Athenis.

Decem legatos misisse anno 399 Lacedaemonios ad Eleos Diodorus solus[14]) commemorat; neque vero hoc exemplum multum valere videtur; quia enim Xenophon[15]) hoc tantum testatur *πρέσβεις* esse missos, Pausanias[16]) vero *κήρυκα* commemorat, numerus ab

---

solet: cf. Classenum ad l. l.); duces auxilium ferentes: Diod. XIV, 97, 3 (sunt enim, etsi Diodori, testimonio tamen satis bono confirmati, cum ille vel nomina noverit); tres iudices Thebas missos: Xen. Hell. V, 2, 35 (fuerintne tres *ἁρμοσταί* Plut. Pelop. XIII commemorati eidem homines, dubitatur; v. Breitenbachium ad Xen. Hell. l. l. § 36).

9) Cf. Hermann, Antiqu. Gr. I, § 24, 24.

10) Comparanda fortasse est etiam alia consuetudo Lacedaemoniorum, qui regi in bellum proficiscenti binos adiungebant ephoros, ita ut numerus ternorum evaderet, qui de rebus faciendis inter se convenire deberent: Xen. Hell. II, 4, 36.

11) Hell. VI, 5, 33.

12) Ad iudicia potissimum exsequenda quini mittuntur homines a Lacedaemoniis, quantum videre licet; cf. Plut. Sol. X et Thuc. III, 52, 3. Cf. de hoc numero quinorum iudicum Meierum (De diaetetis Atticis, p. 43, n. 4), qui dubius haeret, utrum numerus ille casui tribuendus sit an potius comparandus cum ephororum aliorumque magistratuum numero.

13) l. l. *ἔτυχον δὲ παρόντες πρέσβεις Λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν ἔτι ὑπολοίπων συμμάχων αὐτοῖς. ὅθεν δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι Ἄρακος καὶ Ὤκυλλος καὶ Φάραξ καὶ Ἐτυμοκλῆς καὶ Ὀλουθεὺς σχεδὸν πάντες παραπλήσια ἔλεγον.*

14) XIV, 17, 5. 15) Hell. III, 2, 23.

16) III, 8, 2.

uno[17]) Diodoro relatus non magnopere premendus videtur, praesertim cum ab illo non ipsa nomina afferantur.

Satis certi videntur legati quattuor ad Persarum regem missi, cum eisdem fere nominibus et apud Arrianum[18]) et apud Curtium[19]) significentur.

Duos legatos Lacedaemoniorum ad Argivos de induciis triginta annorum renovandis missos Thucydides commemorat[20]); quoniam vero et hic Thucydidis locus in codicibus nostris pessime traditus est, neque quisquam textum aliter sanare poterat, nisi ut interpolationem statueret, etiam in re nostra auctoritas eius haud satis magna videtur; nescio enim an fieri potuerit, ut tertium quoddam nomen elideretur. Duos etiam habemus legatos Lacedaemoniorum ad Larissaeos missos; quos tamen non ipsius rei publicae esse legatos tenendum est, sed Agesilai ducis[21]).

Iam ad exempla unius legati a Lacedaemoniis missi consideranda accedentibus nobis[22]) videtur horum omnium ratio quaedam propria esse.

Agesilaus rex mittitur ad Mantineenses solus[23]), fortasse privilegio quodam regum usus[24]).

Aliter res se habet in uno legato ad Persarum regem misso. Videbimus etiam alias res publicas Graecorum ad Persarum regem propter longinquitatem itineris et negotiorum naturam saepe pauciores legatos misisse. Legatos igitur illos Lacedaemoniorum, qui singuli apud Persarum regem commorantur, omnino auctoritatem plane singularem habere apparet, neque plane casu factum esse existimo, quod apud scriptores homines illi ne audiunt quidem legati[25]).

---

[17]) De decem legatis a Polybio commemoratis v. n. 31; neque enim illi hoc loco comparandi videntur, quoniam omnino Polybii temporibus certum illum usum Lacedaemoniorum non iam fuisse videbimus.

[18]) III, 24, 4. [19]) III, 13, 15. [20]) V, 22, 2.

[21]) Plut. Ages. XVI (cf. etiam Atheniensium ducum consuetudinem n. 51). Ab eodem tamen Agesilao tres mittuntur legati (Xen. Hell. III, 4, 6), in re graviore secuto morem ipsius rei publicae Lacedaemoniorum.

[22]) In uno legato ex scriptorum narrationibus statuendo magnam adhibendam esse cautionem apparet. Haud raro enim scriptores unum legatum, de quo aliquid referunt, ita commemorant, ut solus missus esse videri possit Quaenam igitur auctoritas illis locis nostra in re disceptanda habenda sit, nonnunquam valde dubium videri potest. Manifestum est non posse concludi legatos singulos esse missos ex his narrationibus: Plut. Lys. II, Artax. V, Alex. XL, Paus. III, 9, 1 etc.; cogitari tamen possit, Periclidam illum, qui ab Atheniensibus auxilium peteret, missum legationem solum obisse (Aristoph. Lys. 1138, ex quo solo Plut. Cim. XVI hausisse existimo); mea quidem sententia hoc non necessario concludendum est.

[23]) Xen. Hell. VI, 5, 4.

[24]) Negari non debet eiusmodi privilegium habere aliquid miri, quoniam scimus, ne ad bellum quidem gerendum reges solos emitti solitos; v. n. 10 et Aristot. l. l. n. 4.

[25]) Antalcidas neque apud Xenophontem (Hell. IV, 8, 12) neque

Item neque Melesippus, qui e Lacedaemoniorum exercitu, antequam in Atticam invaderet, Athenas missus est[26]), neque Lichas, qui exercitu Lacedaemoniorum iam egresso Argos venit optionem Argivis daturus, utrum pacem vellent an bellum[27]), legati a Thucydide dicuntur. Mihi vero homines illi ab exercitu egresso missi omnino non legati videntur, sed potius praecones, quos singulos esse missos iam demonstravimus[28]).

Antiquissimis temporibus, quibus civitates, cum in multis rebus publicis, tum in mutuo commercio nondum ad certam quandam consuetudinem venissent, etiam Lacedaemonios unum misisse legatum Plutarchi testimonio confirmatur[29]). Eiusdem narratiuncula quadam[30]) docemur, quomodo posterioribus temporibus apud Lacedaemonios usu venire coeperit id, quod omnino posterioribus temporibus in usu fuisse iam demonstravimus, scilicet ut unum mitterent legatum. Quod autem Demetrius Lacedaemoniis propter unum legatum missum tantopere irascitur, inde concludendum est apud Lacedaemonios veterem consuetudinem etiamtum in usu fuisse complures legatos mittendi.

Posterioribus temporibus, cum iam commercium publicum Lacedaemoniorum cum Romanis esset, legitimum illum numerum non iam valuisse videmus[31]).

Atheniensibus varium numerum legatorum ita placuisse notum est, ut in decretis, quibus legati constituerentur, etiam numerus definiretur. Sed cum eos, qui rogationes de legatis mittendis ferrent, certam quandam consuetudinem secutos esse verisimillimum sit, haec sententia optime eo confirmatur, quod ex legationum in titulis et a scriptoribus commemoratarum copia haud exigua usus satis constans Atheniensium demonstrari potest[32]). Solebant enim

---

apud Plutarchum (Ages. XXIII) — etiam Diodorus (XIV, 110, 2), quod quidem minoris est momenti, consentit hac in re cum illis — legatus audit; idem valet de Euthycle a Lacedaemoniis ad Persarum regem misso (Xen. Hell. VII, 1, 33). Premendum est, quod Atheniensium legati eodem Xenophontis loco, quo Antalcidas commemoratur, *πρέσβεις* dicuntur. — Cf. alium Euthyclem Alexandri Magni temporibus ad Persarum regem missum (Arr. II, 15, 2).

[26]) Thuc. II, 12. Nil refert scholiastam Aristophanis (Pac. 435) eundem dicere *πρεσβευτήν*.

[27]) Thuc. V, 76, 3 [28]) § 1, p. 14.

[29]) Lyc. XXX.

[30]) Demetr. XLII: *ἐκ Λακεδαίμονος δὲ ἑνὸς πρεσβευτοῦ παραγενομένου καταφρονεῖσθαι δοκῶν ἠγανάκτησεν. Ἀστείως μέντοι καὶ Λακωνικῶς ἐκεῖνος, εἰπόντος αὐτοῦ „Τί σὺ λέγεις; ἕνα Λακεδαιμόνιοι πρεσβευτὴν ἔπεμψαν;“ „Ναί,“ εἶπεν, „ὦ βασιλεῦ, πρὸς ἕνα.“*

[31]) Polyb. XXII, 15, 7 duos habemus legatos Romam missos, decem ad Philippum regem: Pol. IV, 23, 4. — Incerti sunt singuli legati a Polybio (XXIII, 18, 5) certa quadam significandi ratione commemorati (v. i. p. 66 de locutione *οἱ περί*).

[32]) Eundem iam Heysius (p. 30) demonstravit, permulta tamen exempla omisit, aliis haud satis recte usus est.

Athenienses aut ternos mittere legatos, quod exemplis quindecim confirmatur[33]), aut quinos, cuius usus quattuordecim exstant exempla, si quidem quattuor illas legationes, quae loco quodam una missae commemorantur, singulas computare licet[34]),

---

[33]) Plut. Arist. X extr. (ad Lacedaemonios); Thuc. I, 91, 3 (ad Laced.); V, 4, 1 (in Siciliam); VIII, 86, 9 (l. optimatium ad Laced.); Dem. XXIV, 12 (ad Maussollum); Diod. XVIII, 64, 5 (ad Nicanorem). — CIA I, 40 vs. 16 (ad Perdiccam), CIA II, 17 vs. 73 (ad Thebanos), 52c vs. 32 (Lesbum), 251 vs. 18 (ad Byzantios) 311 vs. 44 (ad Spartocum), Mitth. V, 268 vs. 8 (homines illi, qui pecunias ab Antigono rege apportant, videntur legati esse, quamquam non ita audiunt; cf. vero eius, qui titulum edidit, sententiam). — Etiam apud Curtium (III, 13, 15) tres commemorantur legati Aristogiton, Dropides, Iphicrates, Arrianus vero et Dropidem et Iphicratem variis locis (II, 15, 2 et III, 24, 4) singulos legatos commemorat). — Huc referendus est ex titulorum numero etiam CIA II 66b fr. c extr. Continentur hoc decreto ea, quae Athenienses cum Thracum quibusdam principibus pacti sunt, et subscripti sunt legati Atheniensium. Dubitare aliquis possit, utrum quindecim spatia, a quibus haec subscriptio incipiat, quarto quodam nomine an alio modo explenda sint. Si vero decretorum Atticorum usum respicimus, nomina legatorum nude posita praescripta quidem habemus uno titulo (CIA II, 105), nunquam tamen excepto titulo cleruchorum satis recenti (CIA II, 592) nomina ita subscribuntur, ut nulla formula addita sit. Hae formulae sunt: *Οἵδε ᾑρέθησαν:* II, 17, 88 (v. n. 34), 546; *οἵδε ᾑρέθησαν πρέσβεις* II, 19 (cf. ibd. paullo infra: *οἵδε ἐπρέσβευον Βυζαντίων*), Mitth. II, 138 frg. d; *οἵδε κεχειροτόνηνται πρέσβεις*: CIA II, 593 Add. Corr. (in cleruchorum decreto); *πρέσβεις*: II, 551, vs. 37 (in technitarum decreto); *Ἀμφικτίοσιν οἵδε ᾑρέθησαν πρεσβεύειν*: I, 110 [Cf. etiam *οἵδε ὤμοσαν* vel *ὤμοσαν κτλ.* II, 64, IV, 61a vs. 24, et in aliis hominibus eligendis *οἵδε εἱρέθησαν* II, 595 et similia I, 38, II, 331, 403]. Quae cum ita sint, equidem in eam sententiam adducor, ut initio vs. 12 frgm. c non nomen censeam reponendum esse, sed formulam ex numero earum, quas in unum congessimus; hoc eo magis videtur necessarium, quod in verbis proxime antecedentibus de legatis Atheniensium omnino sermo non est. Kumanudes, qui hoc recte sensit, proposuerat *πρέσβεις ᾕρηνται*, quod cum litterarum spatiis convenit, si *πρέσβες* ad exemplar tit. CIA II, 88 scriptum fuisse putamus. Neque vero solum hoc audacius videtur statui, sed etiam formula restituta, alioquin non cognita, satis placere nequit. Optime et cum sententia et cum spatiis convenit: *οἵδε ἐπρέσβευον*, quod in textum reponendum censeo. — Exemplum recentissimum trium hominum ab Atheniensibus in legationem missorum habemus in notissima illa legatione trium philosophorum anno 155 a. Chr. Romam missa: Gellius, N. A. VII, 14, 9; de qua quidem legatione dubitari potest, utrum cum vetere consuetudine Atheniensium cohaereat, an potius ex illorum temporum recentiorum consuetudine quadam explicanda sit (v. i. p. 69).

[34]) Xen. Hell. I, 3, 13; Plut. Pericl. XVII (quattuor commemorantur legationes Pericle auctore in diversas Graeciae regiones emissae, quarum unaquaeque ex quinis viris constabat). Ex titulorum numero, quos nunc daturi sumus, nonnulli commemorandi sunt, in quibus de legatis non proprium nomen usurpatum invenimus, sive quod tituli illi nimis laceri traditi sunt, sive quod vox *πρέσβεις* secundum usum dicendi § 3, n. 3 illustratum in ipso titulo omnino non perscripta erat; legati tamen videntur, quod eis commissum est, ut iura iuranda acciperent vel alia legatorum negotia curarent: cf. CIA IV, 22a fr. a et b (ad Milesios?), 27a vs. 46 (ad Chalcidenses), I, 52 fr. a (ad Bottiaeos?). — (Mitth. II, 138 (ad Chios missi); II, 18 (neque enim dubitari potest, quin homi-

ıe denos, cuius rei decem habemus exempla satis

—

. quinque una cum trierarcho laudati fuerint legati, cum proxime ..ecederet commemoratio legatorum: *περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἐς τοὺς συμμάχους πρεσβεύσαντες κτλ.*); 19 (ad Byzantios); 546 (ad Ceos); Mitth. II, 197 vs. 21 (*Ἀθ.* V, 424) (ad Thessalos). — Titulus quoque CIA II, 88 laudandus videtur. Quamquam non *στοιχηδὸν* scriptus est, tamen si spatii vacui rationem habemus, dubium esse non potest, quin quinque potius legati fuerint perscripti. In vs. enim 2. Koehlerus post *οἵδε ᾑρέθησαν* supplet *πρέσβεις* et sequi putat nomen, cuius partem extremam (*πεδος*) tenemus; si vero spatium, quod est inter versum 1 et 2 recte a Koehlero expletum est (*ξένια ἐς τὸ πρυτανεῖον ἐς*), de qua restitutione dubitari vix potest, reponendae sunt 19 litterae inter versum 1 et 2; quodsi idem feıe spatium statuimus inter vs. 2 et 3, relinquuntur, postquam K. restitutionem *ᾑρέθησαν πρέσβεις* recepimus, plus quam decem litterarum spatia, quae parte illius nominis in *πεδος* exeuntis vix expleri posse existimo. Propterea equidem malim scribere: *Οἵδε ᾑρέθησαν* (v. n. 33) et post haec verba praeter initium nominis illius aliud quoddam nomen cum pagi significatione positum fuisse putare.

[35]) And. III, 6 (legatio, quae *τριακοντούτεις σπονδὰς* fecit); Thuc. VIII, 72, 1 (decem viri optimatium, qui, etsi non legati proprii dicendi sunt — v. § 2, n. 15 — legatorum tamen sunt simillimi); Xen. Hell. II, 2, 17 (ad Laced. de pace m.); Aesch. II, 18 (ad Philippum de pace m.), 97 (ad Philippum de iure iurando m). — Has enim duas legationes ad Philippum missas recte a nobis tanquam exempla diversa afferri, quamvis homines eidem in utramque legationem missi sint, apparet ex eo, quod legati illi prioris legationis ad alteram obeundam denuo creati sunt: cf. Schaefer, Demosth. II, p. 226, n. 1); Dem. XXIII, 172 (ad Cersobleptem m.); Dem. XVIII, 178 (ad Thebanos de foedere faciendo m.); Arrian. I, 10, 3 (ad Alex. Magn.) — CIA II, 105 (ad ius iurandum a Chalcidensibus Thraciae accipiendum); Mitth. II, 212 (de eadem re ad Eretrienses) [*Ἀθ.* VI, p. 270 non iam comparari potest; is qui titulum edidit voluit legi: *ἐπιχειροτονῆσαι δὲ δ[έκα ἄνδρας* —; de titulo nunc rectius restituendo cf. Mitth. VII, p. 317]. — Etiam CIA II, 488 afferendum puto, quae tamen legatio etiam cleruchorum haberi potest. Dubium non potest esse, quin post Herodorum Acharnensem, cuius nomen vix totum vs. 20 explevit, in tanta spatiorum vs. 21. multitudine decimum nomen contentum fuerit, cum verba sequentia nil continere potuerint praeter infinitivum quendam pendentem ex praepositione *διὰ* (fortasse *διὰ τὸ τετελεκέναι τὴν πρεσβείαν ὁμονοήσαντας*). — Valde dolendum est, quod pro certo confirmari nequit etiam in decreto exeunti saeculo II. attribuendo (CIA II, 552, frgm. b) decem Atheniensium legatos perscriptos fuisse. Quodsi consideramus in laeva parte unius cuiusque versus 40 vel 50 litteras deperditas esse, decem nomina toti spatio, quod nobis explendum est, optime convenire concedamus necesse est. — Haud inepte mihi hac in enumeratione denorum legatorum duo exempla, quae Thucydides praebet, comparanda videntur, ubi undecim et duodecim habemus legatos. Thuc. VIII, 54, 2: *καὶ ἐψηφίσαντο πλεύσαντα τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ*; 90, 2: *καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα καὶ Φρύνιχον καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος*. Fortasse statuere licet ut Pisandrum ita Antiphontem et Phrynichum hasce ad legationes extra ordinem destinatos esse, ita ut auctoritas eorum esset plane singularis, praeter eos autem more solito aut tamen ratione eius simili decem legatos esse creatos (Rationem, qua Heysius p. 30, n. 3 ex Thucydidis verbis explicare audeat has quoque duas legationes ex denis tantum constitisse hominibus, comprobare non possum).

Pauca addere liceat, quibus praeterea confirmetur numeros illos in legatis mittendis plerumque ab Atheniensibus observatos esse.

Ternos vel quinos legatos mittere solitos Athenienses ei videtur notum fuisse, qui decreta in Demosthenis oratione de corona habita inserta finxit. Solent enim in fine decretorum aut terni[36]) aut quini[37]) legati creati commemorari; decem vero legatos falsarius ille fortasse afferre non ausus est, quoniam ei difficilius videbatur decem invenire nomina satis apta[38]). Non mihi nimiam videor doctrinam falsario illi attribuere, qui, ut in aliis rebus decreta genuina ante oculos habuit, ita etiam hac in re eis uti poterat exemplaribus.

Ternorum hominum numerum ad legationes aptum Atheniensibus visum esse etiam ex eo cognoscitur, quod in certo quodam genere legatorum, pylagorarum, hic numerus constanter usurpatus esse videtur[39]); confirmatur etiam eo, quod in ficta legatione, quam Aristophanes in Avibus in scenam producit, eundem habemus.

Quinos legatos saepe misisse Athenienses optime cum eo convenit, quod etiam apud eorum cleruchos eundem invenimus numerum[40]); etiam artifices Atticos hoc nomine fortasse comparare licet[41]).

Quodsi quaerimus quomodo factum sit ut ternorum et quinorum et denorum legatorum numeri in usu essent, videmus eosdem etiam aliis in hominibus creandis observatos esse ab Atheniensibus; imprimis conferendi sunt ei, qui ex decretis ad singulares quasdam curationes creabantur, quorum numerus ternorum[42]) vel quinorum[43])

---

[36]) §§ 75, 164, 165 (si duos legatos et unum praeconem in unum computamus).

[37]) §§ 29, 187.

[38]) Propterea quinque legatos non solum in secunda ad Philippum legatione fuisse statuit (§ 29), in quam decem esse missos aliunde scimus, sed etiam quinque legatos ad Thebanos missos fingit (§ 187), quamquam Demosthenes ipse clarissimis verbis dicit se rogasse, ut decem crearentur.

[39]) Aesch. III, 115; cf. Hermann, Ant. Gr. I, § 14. 15 p. 79.

[40]) CIA II, 592, 593 (errore tantum scribentis in Add. et Corr., cum adderetur tertium fragmentum (c) eiusdem tituli, in nominibus enumerandis omissus est post Apaturium Philippi Marathonium Mnesicles ille, quem fragmentum a exhibet). — De decem cleruchorum legatis v. n. 35.

[41]) Duxeritne numerus quinque legatorum ab artificibus Atticis missorum (CIA II, 551, vs. 44) originem ex imitatione consuetudinis Atheniensium, eo magis in dubio relinquendum videtur, quod decretum illud medium saeculum alterum a. Chr. n. aetate non superat et vel in antiquiore eorundem artificum decreto (ibd. vs. 37) duo tantum legati commemorantur.

[42]) CIA IV, 27a vs. 66 (ad sacra facienda), II, 300 vs. 41 et 331 vs. 85 (ad imaginem exstruendam), II, 403 vs. 26 et 404 vs. 10 (ad anathema exstruendum) etc.

[43]) CIA II, 114 B vs. 14 (ad coronam curandam), 405 b (ad sacra quaedam facienda), Diog. Laert. VII, 1, 9 (ad sepulcrum exstruendum) (Droysenus quidem hoc loco bis tres homines statuere mavult, cf. Hermes XVI,

vel denorum[44]) esse solebat. Tres vero homines Atheniensibus eisdem de causis apti videri debebant ad res externas curandas atque Lacedaemoniis; quare apud hos item, atque apud illos, praetores saepissime ternos in singulas expeditiones missos legimus[45]). Numerus denorum hominum, ex quo quinorum numerus fortasse originem duxit, cum distributione populi manifesto cohaeret.

At cum ea norma, quam invenisse nobis visi sumus, quidam scriptorum — non titulorum[45a]) — loci non conveniunt. Priusquam vero de eis locis disputemus, quorum aliqua fides est, unus segregandus videtur[46]), quo legatio ex septem hominibus constans videtur commemorari. Ex verbis enim *ἦν δὲ τῶν αἱρεθέντων*, a quibus enumeratio legatorum incipit, apparet non omnes hoc loco enumerari, qui legationi illi interfuerint[47]).

Duo inveniuntur legati Atheniensium[48]) ad Persarum regem missi[49]), quod congruit cum eis, quae supra[50]) de paucioribus omnino legatis ad regem Persarum missis diximus. Binos legatos videntur etiam praetores Atheniensium mittere soliti esse[51]).

---

p. 299), etc. — Cf. etiam Mitth. VII, p. 313 sq. frgm. a: *περὶ δὲ τῶν ἄλλων — τὴν βουλὴν ἑλέσθαι πέντε ἄνδρας, οἵτινες — τὴν πρεσβείαν τῶν Θασίων — ς ἀποδείξουσιν*; quo in loco aliquis de ipsis legatis cogitare possit.

[44]) Cf. decem conditores Thuriorum: Arist. Nub. schol. vs. 332.

[45]) Thuc. II, 70, 1 (*τοῖς ἐπὶ σφίσι τεταγμένοις*); II, 79, 1 (*τρίτος αὐτὸς*); IV, 53, 1 et 119, 2 (in iure iurando praestando); 65, 3. — CIA I, 179 vs. 8 et 19, 181 vs. 7, II, 108 fr. c. — Xen. Hell. II, 3, 46; Diod. XV, 29, 6 etc.

[45a]) Cf. vero titulum nuper inventum n. 66. [46]) Xen. Hell. VI, 3, 2.

[47]) Praeterea ipsa nominum enumeratio magnis difficultatibus laborat. Legimus enim patrum nomina addita ad tria nomina, quattuor sine eis posita sunt. Etsi concedamus Xenophontem non ultimam limam operi attulisse, tamen haec inaequabilitas dicendi explicari vix potest. Cum vero nomen *Λύκαιθος* Atticum omnino demonstrari non possit (Lobeckius, Paralip. p. 243 n. 19 voluit *Λύκανθος* scribi), et nomina illa manifesta interpolatio in codicibus nostris subsequatur, facile aliquis in eam sententiam adduci potest, ut quattuor illa nomina posteriore loco posita interpolata esse putet, cuius rei ansam verba illa *ἦν δὲ τῶν αἱρεθέντων* praebere potuerunt.

[48]) Non certum est exemplum duorum legatorum, quod Demades cum filio legati ab Atheniensibus missi commemorantur (Plut. Phoc. XXX et Diod. XVIII, 48, 1 c. c. 3); cogitare enim licet praeterea alios legatos missos esse; v. n. 22 et n. 58.

[49]) Xen. Hell. VII, 1, 33, Plat. com. apud Athen. VI, 229f: quo ex loco pro certo tamen concludi nequit Phormisium et Epicratem solos legatos missos esse, quamvis hoc verisimile sit. Fortasse etiam duo legati proprii comparari possint ad Alexandrum quidem Magnum missi, degentem tamen in Persarum regno (Arr. An. III, 6, 2).

[50]) v. p. 56.

[51]) Aesch. II, 134; Lys. XIX, 19 (ex Sauppii coniectura satis probabili, qui tertium nomen Lysiae removit). Hac cum re in universum conferendi fortasse sunt duo homines ab exercitu in urbem nuntii victoriae missi (Aesch. II, 169). Nimirum numerus ille non ex usu plane firmo explicandus videtur, sed ex consuetudine in ipsarum rerum natura posita; cf. eundem morem praetorum Lacedaemoniorum n. 21.

Praeterea duorum legatorum ab Atheniensibus missorum habemus exemplum, cuius ratio plane peculiaris videtur esse. Theopompus[52]) enim narrat statim postquam Philippus rex factus et pax cum eo sancita esset, Antiphontem et Charidemum ab Atheniensibus missos esse, qui de foedere faciendo cum eo agerent[53]). Magnopere autem dubitare licet, utrum hac in re omnino de legatione populi ordinaria cogitandum sit, an potius de actionibus quibusdam senatus cum populo non communicatis, quoniam etiam ex Demosthenis verbis[54]) apparet rem secreto tractatam esse et scimus legatos illos senatui tantum de rebus tractatis retulisse. Aliud duorum legatorum exemplum, cuius rationem non perspicimus, praebent duo Atheniensium legati apud Sitalcen regem secundo anno belli Peloponnesiaci degentes[55]).

Etiam unius legati missi apud scriptores exempla inveniuntur. Sed quanta his cautio adhibenda sit, iam indicavimus[56]), cum a scriptoribus haud raro unus commemoretur, de quo certum aliquid referre velint[57]), vel etiam, qui ex numero ceterorum quam maxime emineat[58]).

Plane certa[59]) unius legati exempla habemus pauca. Legatorum singulorum ad Persarum regem missorum[60]) peculiarem esse rationem iam vidimus[61]). Scimus etiam urbe Athenarum a Lacedaemoniis obsessa missum esse Theramenem solum, sed ad praetorem Lacedaemoniorum[62]); at Athenienses summis rerum angustiis tum coactos esse, ut Therameni, qui ipse se offerret, soli res suas committerent, quis negaverit? Singularis item est

---

[52]) Apud Suid. s. v. *τί ἐστι τὸ κτλ.* II, p. 1120 vs. 16 c. c. schol. ad Dem. II, 6 p. 26.

[53]) Cf. Schaefer, Demosth. etc. II, p. 19.

[54]) II, 6: *τὸ θρυλούμενόν ποτε ἀπόρρητον ἐκεῖνο κατασκευάσαι.*

[55]) Thuc. II, 67, 2. [56]) n. 22.

[57]) Cf. Lys. XIX, 23.

[58]) Res demonstratur optime Plutarchi exemplo, qui de solo Nicia legato misso refert (Plut. Nic. X), cum Thucydidis testimonio (V, 46, 2) luculentissimo edocti simus alios praeterea missos esse legatos. Propterea neque Aeschinem solum legatum esse missum, in Arcadiam quidem, censebit quisquam, quamquam haud paucis locis Demosthenes, ubi de legatione illa loquitur, eum solum commemorat (cf. Schaefer, Dem. etc. II, p. 159), neque Hyperidem, de quo solo loquuntur Pausanias (V, 21, 3) et Iustinus (XIII, 5); idem valet de Demadis (Plut. Demosth. XXIII) et Euclidis legatione (Dem. XIX, 162 c. c. Schaefer, Dem. etc. II, p. 326).

[59]) Etiam ex Aristoph. Vesp. vs. 1271 mihi non necessario concludendum videtur Amyniam illum solum missum esse; hoc enim tantum videtur premi et illi opprobrio verti, quod *μόνος* cum Penestis Thessalorum egit. — Nihil etiam ex eo concludendum est, quod Aristophanes (Acharn. 134) unum legatum ad Sitalcem missum fingere videtur; unus enim in scena referre videtur, quamquam complures missos fuisse concludere licet ex plurali numero in vs. 136 usurpato.

[60]) Cf. And. III, 29; Arrian. II, 15, 2; III, 24, 4 (de Arriani autem locis cf. n. 33).

[61]) n. 25 et 49. [62]) Xen. Hell. II, 2, 16.

legatorum singulorum ratio ante pacem Philocrateam ad Philippum regem missorum. Postquam enim Phrynon rediit, qui ex captivitate in libertatem se redemerat, petiit ab Atheniensibus legatum, qui una secum ex sententia populi Atheniensium apud Philippum ageret, ut pecunias ipse reciperet[63]). Hanc legationem a vera populi Atheniensium legatione diversam fuisse, etiam ex eo apparet, quod omnino illis temporibus, cum esset bellum, eiusmodi legationi ad Philippum missae praeco opus erat[64]). Idem valet de Aristodemo ad Philippum misso[65]); qui histrio erat et hac de causa sacrosanctus, ita ut omnino magis internuntius videatur, quam legatus. Mittitur igitur uterque ad res perficiendas, quae magis ad humanitatem communem spectant, quam ad rem publicam ipsam[66]). Etiam minus mirandum est, quod posterioribus temporibus, cum vetus consuetudo commercii publici iam desineret, Athenienses etiam uno legato contenti erant[67]).

Causa vero, qua Athenienses commoti modo tres modo decem modo quinque homines in legationem miserint, dubia esse non potest. Iam Boeckhius eam satis significavit[68]); ad res enim maioris momenti perficiendas plures mittebantur legati, ad res leviores curandas pauciores[69]).

Ceterarum civitatum Graecarum usum, qualis in numero legatorum fuerit, perlustrantibus nobis concedendum est singulae cuiusque rei publicae exempla paucissima suppeditare et antiquiorum imprimis temporum fontes tam parcos esse[70]), ut de eorum usu[71]) paucissima discamus. Quodsi tamen exempla, quibus aliarum civitatum consuetudo illustratur, in unum congerere non destitimus,

[63]) Aesch. II, 12. [64]) Cf. Dem. XIX, 163. [65]) Aesch. II, 15.

[66]) Cf. etiam rationem, qua Demosthenes (XIX, 315) de Ctesiphontis et Aristodemi histrionis actionibus in universum loquitur: *τοὺς τὰ φιλάνθρωπα λέγοντας ἐκείνους ἀπέστειλεν ὑπὲρ αὐτοῦ*, quibus opponuntur legati de pace facienda missi. — Nunc de his singulis legatis hominum privatorum gratia missis titulum quoque comparare licet: Mitth. VIII, 311 vs. 37.

[67]) Cf. Demetr. XIII. — De posteriorum temporum in universum usu iudicium satis incertum est, cum tituli pauci nostra in re comparandi suppeditent et Polybius Atheniensium legationes non aliter afferre soleat nisi formula: *οἱ περὶ τὸν δεῖνα* (cf. XVIII, 10, 11; XXI, 4, 1), de qua v. p. 66.

[68]) Oecon. publ. I, p. 337.

[69]) Hoc demonstrare supersedere possumus, cum appareat ex conspectu exemplorum n. 33sqq. dato, ubi res, ad quas perficiendas legati missi sunt, breviter indicavimus, aut res publicas, cum quibus agendum eis erat.

[70]) Titulos Graecos, qui Alexandri Magni temporibus antiquiores sunt, praeter Atticos, paucissimos cum fructu adire licet; Attici quidem etiam quod ad res ceterarum Graeciae civitatum attinet, haud parvi momenti sunt; rerum scriptores de legationibus minorum civitatum rarissime aliquid docent.

[71]) Quibus de causis posteriorum temporum exempla haud raro minus certa sint, iam vidimus p. 54.

hoc non propterea tantum fecimus, ne laborem molestum evitasse videamur, sed hoc saltem lucramur, ut ex conspectu eorum cognosci possit, quinam numeri in universum in minoribus rebus publicis Graecis in usu fuerint; qua in re similitudinem quandam intercedere inter multas res publicas videbimus. In proferendis autem exemplis tempora accurate discernere non licet; distinguenda tamen censemus tempora, quae fuerint ante Alexandri Magni dominationem et post eam. Antiquioribus igitur temporibus commemoratos habemus binos legatos Argivorum[72]), item binos civitatum Peloponnesi minorum, quae una cum Lacedaemoniis inducias anni 423 sanxerunt: Corinthiorum, Sicyoniorum, Megarensium[73]); binos habemus etiam Thebanorum[74]), Amphipolitarum[75]), Alyzaeorum[76]), Anactoriorum[76a]).

Tres habemus legatos Samiorum statim post pugnam Plataeensem ad Graecorum exercitum missos[77]); praeterea ternos Aetolorum[78]), Leontinorum[79]), Calliae Chalcidensium tyranni[80]), Colophoniorum, ut videtur[81]).

Quaternos legatos invenimus Rheginorum[82]), Chiorum[83]), quinos Byzantiorum[84]), Syracusanorum, quibus praeterea additi sunt duo e numero sociorum creati[85]).

Unius legati vestigia satis exigua exstant[86]). Ut Hecataei

---

[72]) Thuc. V, 40, 3; Xen. Hell. I, 3, 13.

[73]) Thuc. IV, 119, 2 (cf. etiam § 6, n. 60).

[74]) CIA II, 18. — Cf. legationem Pelopidae et Ismeniae ad Persarum regem (cf. Plut. Artax. XXII. — Pelop. XXX et Xen. Hell. VII, 1, 33 solus commemoratur Pelopidas) et aliam legationem ad Persarum regem Alexandri Magni temporibus susceptam (Arr. An. II, 15, 2). — Cf. etiam duos legatos ab exsulibus Boeotorum creatos (Aesch. II, 143). — Unus Epaminondas a Pausania (IX, 13, 1) commemoratus non confirmatur eis, quae Xenophon (Hell. V, 1, 32) narrat.

[75]) Dem. I, 8.

[76]) 'Αϑ. III, p. 479 (bis bini commemorantur legati).

[76a]) 'Αϑ. III, p. 479.

[77]) Herod. IX, 90.

[78]) Thuc. III, 100, 1. Notandum est, quod tres legati Aetolorum respondent tribus populis totius gentis Aetolicae (cf. Classen ad l. l.). Eiusmodi partitionem gentis fortasse etiam in numero legatorum ab aliis rebus publicis missorum valuisse suspicari licet, ubi eam demonstrare non possumus.

[79]) CIA IV, 33a (quartus additus est scriba). Legationem Leontinorum, quae constaret ex duobus legatis, minime necessario concludendum est ex Pausaniae (VI, 17, 5) verbis: *φασὶ καὶ ἀφικόμενον (Γοργίαν) κατὰ πρεσβείαν ὁμοῦ Τισίᾳ παρ' Ἀϑηναίους.*

[80]) Aesch. III, 91.

[81]) CIA II. 164 (statuendum enim videtur in hoc titulo nomina patrum addita fuisse).

[82]) CIA I, 33 (cf. IV).

[83]) Mitth. II, 138 extr.

[84]) CIA II, 19.

[85]) Plut. Dion. XLII.

[86]) Propria ratio habenda est locorum eorum, ubi singuli legati commemorantur variarum civitatum, qui legationi alius rei publicae se adiungunt: Thuc. II, 67, 1 et Xen. Hell. VII, 1, 33; cf. § 6, n. 60.

legationem[87]), temporibus nimis antiquis factam omittamus, unum legatum nisi a paucis civitatibus satis parvis missum non videmus, ab Aeginetis[88]), Trachiniis[89]), Epidauriis[90]).

Inconstantem in numero legatorum usum fuisse Neapolitanorum Thraciae[91]) demonstrare licet, imprimis vero Philippi regis, qui modo quattuor[92]), modo tres[93]), modo duos[94]) misit legatos.

Quindecim numerum plane singularem habemus in legatis a synedrio Graecorum ad Alexandrum Magnum missis, qui ei gratularentur[95]).

Priusquam exempla Alexandri Magni temporibus recentiora in unum conferamus, pauca praemonenda sunt. Ac primum quidem dicamus de Buettneri-Wobstii sententia, qui contendit[96]) in legationibus a sociis Romanorum Romam missis hunc morem observatum esse, ut terni legati Romam mitterentur, neque tamen hanc normam fuisse firmam, sed hoc potius statuendum esse nunquam a sociis pauciores missos esse quam ternos legatos. Quamvis intellegi non posset, qua causa commotus senatus tale quid sociis imperasset, tamen Buettneri sententia probabilis esset, si nunquam pauciores quam tres legati ad senatum Romanorum missi commemorarentur. At Buettner ipse negare non potest inveniri apud scriptores legationum mentionem, quae ex uno vel duobus legatis, si ipsa verba respicimus, constare videantur. Omnes hos locos nimis ex arbitrio ita explicare studet, ut contendat, cum de uno vel duobus legatis sermo sit, principes legationis eos intellegendos esse. Unus quidem legatus sicubi nominatus est, satis facile eiusmodi sententia statui potest; at de duobus principibus legationis alicuius quomodo cogitari possit, ego videre nullo modo possum[97]). Atque ipsi rerum naturae nonne hoc potius convenire

---

87) Diod. X, 25, 2. 88) Plut. Them. XIX.

89) Thuc. III, 92, 2.

90) Thuc. IV, 119, 2 (neque enim hoc loco de unius legati explicandi ratione cogitandum esse videtur, quam n. 86 protulimus; v. § 6, n. 60).

91) Tres: CIA I (cf. IV), 51 vs. 40; duo: CIA II, 66.

92) Plut. Demosth. XVIII.

93) Cf. Schaefer, Dem. etc. II, p. 198, not. 2.

94) Iustin. IX, 4.

95) Diod. XVII, 48, 6 (Curt. IV, 5, 11).

96) De legationibus reipublicae liberae temporibus Romam missis. Lipsiae 1876 p. 19sq.

97) B. provocat ad exemplum minime aptum. Liv. XLV, 25 legimus quidem claris verbis scriptum: „Philocrates et Astymedes principes legationis erant.“ Hac vero in re nihil nisi manifestum Livii errorem habemus: duae enim erant legationes Rhodiorum uno eodemque tempore Romae versantes; unius erat dux Philocrates, alterius Astymedes; cf. Pol. XXX, 4, 1 cum § 3, n. 11. — Neque igitur ex hoc uno, quod apud Diodorum (XII, 7) Callias et Chares ex numero eorum, qui fecerunt *τριακοντούτεις σπονδάς*, soli commemorantur, concludendum videtur eos fuisse duces legationis illius, quod Blassius conclusit (Die att. Beredts. I, p. 323).

putamus, ut unaquaeque res publica suum secuta sit morem, si quis erat, et in legatis Romam et in legatis alio missis? Hanc autem rem exemplis ipsis optime demonstrari mox videbimus[98]).

Sequitur ut de Polybii, quo quam maxime in statuenda posteriorum temporum consuetudine utendum est[99]), ratione dicendi moneamus, qua nomina legatorum formula *οἱ περί* introducit. Ubi nomina ipsa enumerata sunt, et paullo post formula *οἱ περί* uno nomine apposito sequitur, res difficultatem nullam praebet; unius enim nomine tota legatio breviter significatur[100]). Itaque etiam cum legatio formula *οἱ περὶ τὸν δεῖνα* significatur, eam ex compluribus plerumque constitisse legatis statuere licebit. Sed utitur Polybius etiam formula illa cum duobus vel tribus nominibus coniuncta. Suspicari licet scriptorem hac uti formula loquentem de legationibus, quarum res non plane accurate a se significatas esse indicare velit; quibus locis et ipsis numerum legatorum maiorem fuisse numero ab ipso scriptore dato apparet[101]).

Ternos legatos habemus Erythraeorum[102]), Smyrnaeorum[103]), Prienensium[103a]), Deliorum[103b]), Letaeorum[104]), populi cuiusdam ignoti[105]), ut de Romanorum imperatorum temporibus taceamus[106]).

Bini legati commemorantur Boeotorum[107]), Delphorum[108]),

---

[98]) Ut hoc unusquisque facile ex exemplis allatis colligere sibi possit, addemus singulis exemplis ex Polybio sumptis mentionem eius rei publicae, ad quam quaeque legatio missa est.

[99]) Ne spatium nobis concessum nimis excedamus, supersedimus Livii in conspectu numerorum legatorum dando rationem habere, praesertim cum, etiamsi ex eo nova fortasse quaedam exempla colligi possent, eis nihil fere lucraremur, quoniam Livio, quod ad numerum legatorum attinet, non magnam tribuendam esse auctoritatem Polybii comparatione evincitur; cf. Nissen, Die Quellen der 4. und 5. Dekade des Livius p. 28.

[100]) Cf. Polyb. XXII, 5, 7 (c. c. 2); XXVIII, 16, 8 (c. c. 5) etc.

[101]) Cf. legationes Romanorum: Polybius (XXXIII, 8, 6) dicit quinque legatos constitutos esse *τοὺς περὶ Γναῖον Μερόλαν καὶ Λεύκιον Θέρμον* et (ibd. 9, 3) decem *τοὺς περὶ Λεύκιον Ἀνίκιον καὶ Γάιον Φάννιον καὶ Κόιντον Φάβιον Μάξιμον.* — Afferemus igitur eas legationes, quae a Polybio verbis *οἱ περὶ κτλ.* significantur, uncis inclusas.

[102]) Curtius, Anecd. Delph. 68 et 69; Monatsber. d. berl. Akad. 1875 p. 554.

[103]) CIG II, 3137, vs. 25.

[103a]) L. V, 195—198 vs. 7.

[103b]) CIG II, 2270 vs. 31 (decretum Deli Atticae).

[104]) Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos p. 80, no. 127 extr.

[105]) CIG III, 5882.

[106]) In titulis imperatorum Romanorum temporibus compositis haud raro tres inveniuntur legati a Graecis civitatibus missi (cf. l. Minoetarum: Ross, Inscr. ined. 129 etc.); habemus etiam duos (Cnidiorum: Ross, Inscr. ined. 312 vs. 6 etc.), neque vero his exemplis in re nostra magna auctoritas tribuenda est.

[107]) Pol. XXIII, 16, 5 (ad Messenios) v. s. n. 74.

[108]) Corr. hell. V, 157 vs. 8sqq. (bis bini).

Thespiorum[109]), Opuntiorum[110]), Megalopolitanorum[111]), Pariorum[111a]) Abydenorum[112]), Iliensium[113]), Bargylietarum[114]), Milesiorum[115]), Clazomeniorum[116]), Samiorum[117]), Magnetum[118]), Carthaeorum insulae Ceae[119]), Iasensium[120]), Teiorum[121]), Trallianorum[122]), Lampsacenorum[123]), Abderitarum[124]), Thessalorum[125]), Epirotarum[126]), Cnosiorum[127]), Agrigentinorum[128]), Olbiensium[129]), Sardianorum[130]), populi ignoti[131]).

Exempla certa[132]) singulorum legatorum, etiam quod ad haec posteriora tempora attinet, pauca habemus: Colophoniorum[133]), Cymaeorum[134]), Peltenorum[135]), Halicarnassensium[136]), Mylasensium[137]),

[109]) (Pol. XXVII, 1, 1 Romam m.) [110]) CIA II, 415.

[111]) (Pol. II, 48, 6 ad Antigonum). [111a]) CIG II, 2557 B; 3655.

[112]) Pol. XVI, 30, 7 (ad Philippum).

[113]) Pol. XXII, 5, 3 (ad decem legatos Romanos). — CIG II, 3595 vs. 42 Boeckhius sine certa causa tres restituit legatos Iliensium.

[114]) L. V, 87 extr. (v. § 3, n. 76).

[115]) Pol. XXVIII, 19, 5 (in Aegyptum m.).

[116]) Pol. XXVIII, 19, 5 (in Aegyptum m.)

[117]) L. V, 195—198 vs. 4; 206 vs. 16 (possunt tamen in fine alia nonnulla nomina deperdita esse); cf. tres legatos n. 77.

[118]) Mnemos. I, p. 114, no. III. — Dubitari potest, sitne legatio CIG II, 3137 vs. 21 eiusdem Magnesiae. Si quidem eiusdem est, comparari potest, quamquam quattuor sunt legati; hic enim numerus eo modo efficitur, ut duo legati creentur ex urbe, duo ex castris extra muros collocatis.

[119]) CIG II, 2355; L. IV, 1766 (si quidem recte homines duos, qui una cum syndicis quibusdam de hominibus de re publica Carthaeorum bene meritis referunt, legatos putamus).

[120]) L. V, 251 (2679).

[121]) Corr. hell. IV, p. 48 sq. vs. 10 (pro Abderitis Romam missi). — Tres legationes, quarum quaeque ex binis constabat legatis, habemus ad res publicas varias missas, quae asyli ius confirmarent: Pythagoram et Clitum (L. V, 83, 84, 85 = 3046), Apollodotum et Colotam (L. V, 62 = 3054 etc.), Herodotum et Meneclem (L. V, 75—82).

[122]) Corr. hell. III, 466 vs. 14.

[123]) (Pol. XVIII, 52, 2 ad legatos Romanos). Tres legatos exhibuisse videtur titulus: Mitth. VI, 96—97 II vs. 28.

[124]) Corr. hell. IV, p. 48 sqq. vs. 39.

[125]) Duos quidem habemus Melitaeensium (Corr. hell. VI, p. 364 A vs. 14), totidem Narthaciensium (Corr. hell. VI, p. 364 B vs. 2).

[126]) (Pol. XXX, 13, 4 ad Romanorum duces).

[127]) Corr. hell. IV, p. 352 sqq. extr. (non legati quidem audiunt: v. § 3, n. 76).

[128]) CIG III, 5491. [129]) CIG II, 2058 A vs. 90.

[130]) Corr. hell. V, 383 vs. 2. [131]) CIA II, 254 (ex coni.).

[132]) Polybii enim locorum, ubi habemus *οἱ περὶ τὸν δεῖνα* nullam rationem habendam esse iam vidimus (p. 66). — Etiam exemplorum in sequentibus notis allatorum nonnulla (n. 136, 138, 140, 141, 143) certa quadam ex causa explicanda sunt (v. § 3, n. 78).

[133]) CIA II, 253 (tres legatos in antiquiore decreto v. n. 81).

[134]) CIA II, 387.

[135]) CIG II, 3568 f vs. 1.

[136]) Corr. hell. V, 211 vs. 12.

[137]) L. V, 394 (idem ter legatus m. commemoratur, v. § 3, n. 44), 409.

Brycuntiorum Carpathi[138]), civitatum Creticarum[139]), Aeolicae cuiusdam civitatis[140]), Doricae[141]), Sardianorum[142]), rei publicae ignotae[143]).

Rarius alios numeros invenimus: quinos Phocensium[144]), urbis Peloponnesiacae[145]), septenos Phariorum, ut videtur[146]), Heracleotarum Latmiorum[147]), Abaeorum[148]). Plane singulares numeri occurrunt nonnunquam in commercio cum populo Romanorum publico, ut triginta Cretensium, quibuscum centum Aegyptiorum comparandi sunt; apparet hasce legationes a re nostra esse alienas[149]).

Usum inconstantem fuisse videmus Rhodiorum, quorum habemus legatos tres[150]), duos[151]), unum[152]), quattuor[153]). Ab Achaeis videmus saepius tres[154]) legatos missos; habemus vero etiam duos[155]) vel unum[156]) vel quattuor[157]). Item Aetolorum occurunt tres[158]), duo[159]), unus[160]), quattuor[161]), septem[162]). Messeniorum duo legati mittuntur, qui arbitrii cuiusdam exemplar a Milesiis

---

138) Rev. arch. N. S. VIII, p. 470 (v. § 3, n. 76).

139) Corr. hell. III, 292 sqq. vs. 44 sqq.: singulos habemus legatos Cnosiorum, Latiorum, Olontiorum, qui una legationem trium hominum efficiunt.

140) CIG II, 3640 vs. 31.

141) Ross, inscr. ined. n. 250.

142) Corr. hell. V, 398 (v. § 1, n. 150).

143) CIG II, 2167 c.

144) Pol. XXI, 6, 4 (ad Seleucum).

145) Arch. Ztg. 1879, tit. el. n. 254 (quinque ad Demetrium m. et totidem, ut videtur, ad Antigonum).

146) CIG II, 1837 b (v. § 6 n. 47).

147) Annali dell'Inst. 1852 p. 139 (3800) (fortasse vero post *Δίας* nomen *Διῆς* tenendum est, ita ut octo legati efficiantur).

148) Corr. hell. VI, p. 171.

149) Cf. de hac re Buettner-Wobst, l. l. p. 18 et 20.

150) Pol. XXVIII, 2, 1 et 16, 5 (Romam m.); 16, 6 (ad Romanorum ducem); XXIX, 10, 4 (Romam m.); cf. tres viros, qui auxilium Sinopensibus compararent, creatos: Pol. IV, 56, 2.

151) Pol. XXII, 5, 2 (ad decem legatos Romanorum); (Pol. XXX, 4, 1: Romam m.).

152) Cf. legationes nauarchorum: Pol. XVIII, 1, 4; XXX, 5, 4; XXXIII, 15, 3; ἄγγελον v. § 1, n. 27—29; Pol. IV, 52, 2 (l. praeconi similis videtur).

153) Pol. XXIX, 10, 4 (ad Romanorum ducem).

154) Pol. XXII, 3, 6 (ad Ptolemaeum); XXIV, 6, 3 (ad Ptolemaeum); 10, 8 (Romam m.); Pol. XXIX, 25, 6 (in Aegyptum); (XXXI, 6, 1 Romam m.).

155) Pol. XVIII, 1, 4 (ad conventum cum Philippo rege factum m.); XXVIII, 12, 9 (in Aegyptum); XXXIII, 3, 2 (Romam m.); (XXXII, 17, 1 Romam m.); (XXXIII, 1, 3 Romam m.); Paus. VII, 12, 2.

156) Pol. XVIII, 10, 11 (Romam m).

157) Pol. XXX, 13, 3 (ad Romanorum duces).

158) Pol. XX, 9, 2 (ad Romanorum ducem); Arch. Ztg. 1859, p. 112* (ad Messenios).

159) Pol. IX, 37, 4 (ad Lacedaemonios); XXI, 30, 15 (Romam m.); (XXX, 13, 4 ad duces Rom.)

160) Pol. XVIII, 1, 4 (ad conventum cum Philippo factum); XXI, 26, 18 (Romam m.); Pol. IV, 34, 4 (ad Lacedaemonios).

161) Pol. XXI, 25, 11 (Romam m.).

162) Pol. XVIII, 10, 9 sq. (Romam m.).

petant, tres, qui Olympiae postulent, ut arbitrium illud ibi columnae inscribatur[163]); praeterea unus commemoratur Romam missus[164]). Technitarum Ionicorum missos videmus legatos tres[165]) et duos[166]).

Quam minime constantem fuisse usum eorum videmus, quos iure nos obiter tantum tangere apparet, regum et tyrannorum[167]). Sed de his quoque liceat exempla ad illustrandum eorum usum nonnulla afferre. Hieronymus, tyrannus Syracusarum, modo tres[168]), modo duos[169]) legatos ad Carthaginienses misit. Philippi, regis Macedoniae, habemus tres[170]), unum[171]), Persei, eius filii, tres[172]), duos[173]), unum[174]), Antiochi Magni duos[175]) unum[176]), Epiphanis tres[177]), duos[178]). Ex Aegypto videmus a regibus vel eorum amicis missos legatos duos[179]) vel unum[180]).

Ut iam ea, quae de civitatum Graecarum praeter Atheniensium et Lacedaemoniorum usu edocti sumus, breviter complectamur, vestigia constantis usus antiquiorum imprimis temporum in nonnullis rebus publicis non plane deesse videmus. Posterioribus autem temporibus inconstantem fuisse usum nonnullarum rerum publicarum demonstravimus. Ad numeros ipsos quod attinet, singulos legatos antiquioribus temporibus rarissime missos esse videmus, saepius posterioribus, imprimis a regibus; praeterea omnibus temporibus videmus binos et ternos legatos frequentissime missos, raro plures.

---

163) Arch. Ztg. 1876 (XXXIV) tit. el. no. 16 A et B.

164) Pol. XXIII, 5, 1. 165) L. V, 281 extr.

166) CIG II, 3067 vs. 37 (duo Teum et duo, ut videtur, Delum missi); L. V, 281 vs. 4.

167) De propria legatorum a regibus missorum vi cf. § 3, p. 39 sq.

168) Pol. VII, 4, 1. 169) Pol. VII, 2, 2.

170) Pol. XVIII, 34, 4 (ad ducem Romanorum); Pol. XXIII, 1, 5 (Romam m.); Mitth. VII, p. 60—61 vs. 4.

171) Pol. V, 102, 4 (ad Aetolos); VII, 9, 1 (ad Carthaginienses); XV, 23, 2 (ad Rhodios); Ross, Inscr. ined. 166; cf. Perdiccam legatum una cum Teiorum legatis m.: L. V, 65, 66, 67, 70—74.

172) Pol. XXVIII, 8, 9 (ad Genthium).

173) Pol. XXVII, 4, 3 (ad Rhodios); (6, 2 Romam m.); 8, 5 (ad ducem Romanorum); XXVIII, 8, 1 (ad Genthium)

174) Pol. XXVII, 5, 1 (ad Boeotos); 14, 1 (ad Rhodios); XXIX, 3, 3 (ad Genthium); 11, 1 (ad Rhodios legatus, qui comitetur Genthii legatos).

175) Pol. XXI, 16, 4 (ad ducem Romanorum); (XVIII, 47, 4 et 50, 3 ad ducem Romanorum).

176) Pol. XXI, 13, 3 (ad duces R.); (16, 1 praeco habendus est ad duces R. m.); 43, 3 (ad ducem R.); cf. L. V, 60 (3045) (Romam m.); L. V, 71 (3047) et L. V, 63 (3051) (ad Creticas civitates v. n. 171).

177) Pol. XXVIII, 1, 1 (Romam m.); 22, 2 (Romam m.).

178) (Pol. XXVIII, 20, 12 ad Ptolemaeum).

179) Pol. XXVIII, 1, 1 (Romam m.); 19, 6 (ad Antiochum); XXIX, 23, 5 (ad Achaeos); XXXI, 28, 2 (Romam m.); (Pol. XXXIII, 8, 4 Romam m.).

180) Pol. II, 63, 1 (ad Cleomenem); XV, 25, 13 (ad Antiochum); ibd. (ad Philippum); 25, 14 (ad Romanos m.); XXII, 3, 5 (ad Achaeos); XXIV, 6, 1 (ad Achaeos).

Cum eis, quae de numero propriorum legatorum enucleavimus, satis conveniunt, quae de numero theororum, cuiuscunque sunt generis, demonstrari possunt.

Quinque habemus Atheniensium[181]), tres Aetolorum[182]), Chiorum[183]), Cyzicenorum[184]), Eumenis regis[185]), et tres et duos Delphorum[186]), duos civitatis Doricae[187]), Chersonesitarum Ponticorum[188]), sex Milesiorum[189]).

Plerosque theoros commemoratos invenimus in indicibus templi veteris Samothracii[190]). Ibi terni commemorantur Parianorum[191]), Samiorum[192]), Sanaeorum[193]), Teiorum[194]); duo Abderitarum[195]), Alabandensium[196]), Dardaniorum[197]), Clazomeniorum[198]), Colophoniorum[199]), Cymaeorum[200]), Cyzicenorum[201]), Ephesiorum[202]), Eresiorum[203]), Iasensium[204]), Maronitarum[205]), Prienensium[206]), Thasiorum[207]), Stratonicensium[208]), Attali regis[209]). Et binos et ternos theoros miserunt Caunii[210]), Coi[211]), Halicarnassenses[212]). Plures occurrunt, ut videtur, in indicibus recentissimis, Romanorum nimirum temporibus compositis, velut Dardaniorum[213]).

§ 6.

De auctoritate singulorum hominum legationi adscriptorum.

Quoniam vidimus Graecos complures legatos mittere solitos, iam quaerendum videtur, fuerintne singulis hominibus uni legationi

---

181) CIA II, 490. 182) Corr. hell. V, 303 vs. 4.
183) Corr. hell. V, 303 vs. 28.
184) CIG II, 3656; Corr. hell. IV, 472 A et B.
185) Corr. hell. V, 372 vs. 8.
186) tres: CIG I, 1693 (δὶς ἐξαποσταλέντες); duo: Corr. hell. VI, 214 vs. 4.
187) CIG II, 2670 (dicuntur etiam πρεσβευταί cf. 1, n. 167.
188) Corr. hell. VI, 214 (non dicuntur θεωροί cf. § 1, n. 145).
189) CIA II, 442. 190) Cf. § 1, n. 144.
191) Neue archäol. Unters. auf Samothrake II, Wien, 1880, p. 96, no: 13.
192) l. l. p. 96, no: 13.
193) Conze, Reise auf den Inseln d. thrak. Meeres, p. 67.
194) Conze, p. 65.
195) Conze, p. 71, Unters. II, p. 96, no: 13.
196) Conze, p. 69. 197) Conze, p. 69.
198) Conze, p. 71. 199) Conze, p. 65, 68.
200) Conze, p. 65. 201) Conze, p. 65, 69.
202) Conze, p. 68, Unters. II, p. 96, n. 13.
203) Conze, p. 65. 204) Unters. II, p. 96, n. 13.
205) Conze, p. 71, Unters. II, p. 96, n. 13.
206) Unters. II, p. 96, n. 13. 207) Conze, p. 71.
208) Unters. II, p. 96, n. 13. 209) Unters. II, p. 96. n. 13.
210) tres: Conze, p. 69, duo: Unters. II, p. 96, n. 13.
211) tres: Unters. II, p. 96, n. 13; duo: Conze, p. 67.
212) tres: Conze, p. 68, 71; duo: Conze, p. 69.
213) Conze, p. 64, 70.

adscriptis certa quaedam munera, quae soli tractare deberent, commissa. Ac primum quidem quaerendum est, fueritne legationi Graecae unus homo quasi dux praefectus, sicut Romanos constat unicuique legationi principem legationis quem dicebant praefecisse.

Ante omnia tenendum est apud Graecos nullum vocabulum inveniri, quod eiusmodi principem significet. Egger quidem in praefatione confidenter dicit[1]) nomen ei fuisse *ἀρχιπρεσβευτής* itemque sacris legationibus *ἀρχιθεωρούς* praepositos fuisse praecipit. At in titulis sacrae quidem legationis principem (*ἀρχιθεωρόν*) saepissime commemoratum invenimus, nunquam legimus vocabulum *ἀρχιπρεσβευτής* de graeco legato dictum; quae diversitas[2]) eo magis notanda, quod nemo negare poterit ad exemplar unius vocabuli alterum facillime formari potuisse. Neque scriptorum quisquam voce *ἀρχιπρεσβευτής* usus est ante Augusti aequales, Diodorum[3]) et Strabonem[4]); quorum scriptorum testimonio minime confirmari posse apparet iam liberae Graeciae temporibus principes legationum *ἀρχιπρεσβευτάς* esse dictos. Cum vero vel de antiquiorum temporum legatis Diodorus voce *ἀρχιπρεσβευτής* utatur, iam oritur quaestio, fueritne tum, etsi vox illa nondum in usu erat, res tamen ipsa. Nam rem quoque ipsam a Diodoro fictam esse facile cogitari potest, praesertim cum scriptor ille Romanorum instituta ante oculos habuerit[5]).

Inter ternos Lacedaemoniorum legatos unius auctoritatem praevaluisse ex eo concludendum videtur, quod nonnunquam unius nomine tota legatio apud Thucydidem et Xenophontem significatur (*οἱ περὶ τὸν δεῖνα* vel *οἱ μετὰ τοῦ δεῖνος*)[6]). Apparet igitur in

---

§ 6. [1]) l. l. p. 14.

[2]) Negari non debet in universum *ἀρχιθεωρόν* non semper plane comparandum esse cum principe legationis. Quod enim ad theorias ordinarias, etiam Atheniensium, attinet (v. § 1, p. 23), *ἀρχιθεωρός* non semper tam princeps est theororum publice a civitate quadam missorum, quam omnino solus publica quadam auctoritate instructus, qui theoros, i. e. homines quosdam privatos, sacra quaedam facturos duceret; in decretis igitur eiusmodi *ἀρχιθεωρός* saepius solus nominatur (cf. CIG II, 2270 vs. 8, 2860, Corr. hell. II, p. 321, 323 etc.). Aliter vero res se habet in aliis decretis. Si enim omnium theororum nomina publice conscripta habemus, neque numerus eorum videtur incertus (v. § 5, p. 70), concedamus necesse est has theorias totas a populo ipso quodam missas esse, ita ut cum legationibus publicis quodammodo comparari possent et *ἀρχιθεωρός* satis responderet legationis principi.

[3]) XII, 53, 2; XIII, 52, 2; XIV, 25, 1.

[4]) p. 796 C (1147 A) (centum sunt Aegyptiorum legati; dux igitur iam propter numerum permagnum necessarius videtur).

[5]) Hac cum re optime conveniret, quod in titulo Sidae, urbis Pamphyliae (CIG III, 4347) Romanae legationis princeps *ἀρχιπρεσβευτής* audit.

[6]) Nihil concludendum esse ex formula *οἱ περὶ τὸν δεῖνα* apud posteriores scriptores, imprimis Polybium, usurpata iam ex

re ipsa Diodorum fortasse vera docuisse, cum diceret Endium principem legationis[7]). Polybii vero demum temporibus, ut in aliarum civitatum legationibus, ita in Lacedaemoniorum, unum legatum ducem expressis verbis significari videmus[8]).

Etiam inter legatos Atticos nonnunquam unum maiore auctoritate praeditum fuisse quam ceteros apparet ex eo, quod in titulo quodam unius nomine tota legatio significatur[9]). Apud scriptores autem quod haud raro ex legatis unus nominatim affertur, in his locis minime omnibus unus ille statim princeps legationis habendus est[10]). Saepe enim scriptores unius tantum nomen afferre possunt aut volunt, cum ille solus in actione atque administratione rei publicae floruerit; imprimis vero iam propterea unum tantum legatum nominatim afferunt, quod de eo solo aliquid narrant[11]). Attamen negandum non est etiam scriptorum nonnullas formulas dicendi ita comparatas esse, ut eis maior auctoritas singulorum legatorum indicari videatur. Ut saepe praetores[12]), ita nonnunquam legati eo modo significantur, ut unus commemoretur et de eo nomen numerale ordinale usurpetur, cui addatur pronomen *αὐτός*[13]). Quominus vero formulae illi nimiam vim tribuamus, eo impedimur, quod apud Aeschinem quidem eandem formulam usurpatam habemus de uno ex legatis, quem principem legationis

---

eo apparet, quod haud raro compluria nomina eo modo afferuntur (v. § 5, p. 66). Aliter autem res se habet in antiquioribus scriptoribus; apud hos enim formula illa eam vim habere potest, ut indicet huius viri, qui solus commemoratur, maiorem prae ceteris potestatem. Apud eos solent nomina omnium legatorum afferri et in sequentibus unius nomine legatio significatur (Thuc. V, 21, 3 c. c. 1; 42, 1; Xen. Hell, III, 2, 8 c. c. 6) aut statim ab initio unus ex eorum numero insignitur et ceteri dicuntur *οἱ μετ' αὐτοῦ* (Xen. Hell. I, 4, 2). — Cum hisce formulis dicendi eam vim adscribamus, ut eis uni legatorum maior prae ceteris auctoritas tribuatur, non idem valet de aliis, velut *Πασιππίδας καὶ ἕτεροι* (Xen. Hell. I, 3, 13).

[7]) Tenendum vero est Diodorum (XIII, 52, 2), cum Endium orationem habuisse legisset, facile adduci potuisse, ut eum principem legationis fuisse putaret; idem valet de Gorgiae principatu (Diod. XII, 53, 2).

[8]) Cf. Pol. IV, 23, 5: *Ὠμίου προεστῶτος αὐτῶν.*

[9]) CIA I, 40 vs. 49: *ἐπειδὰν ἀπαντήσωσι ἐς τὸν δῆμον οἱ πρέσβεις οἱ οἱ παρὰ Περδίκκου, οἵ τε μετὰ Πλειστίου οἰχόμενοι καὶ οἱ μετὰ Λεωγόρου.*

[10]) Heysius (p. 33) hoc male docuit.

[11]) Cf. Plut. Demosth. XVIII: (*Δημ.*) *ἀπεστάλη πρεσβευτὴς μεθ' ἑτέρων εἰς Θήβας*; XXIII: *ἀπεστάλη μὲν ὁ Δημ. αἱρεθεὶς μεθ' ἑτέρων πρεσβευτής*; Phoc. XXVI: (*Φοκίων*) *ἀπεστάλη πρὸς Ἀντίπατρον*; XXVII: *αὖθις εἰς Θήβας ἐβάδιζε μετὰ τῶν ἄλλων πρέσβεων*; cf. etiam Diod. XVII, 15, 4; XX, 45, 4 et optimatium legationes Thuc. VII, 54, 2; 90, 2, quarum de singulari ratione egimus § 5, n. 35. — Cf. ea, quae de uno legato exposuimus § 5, n. 22.

[12]) Cf. Gilbert, Beiträge zur innern Gesch. Athens, p. 41 sqq.

[13]) Thuc. V, 4, 1: *Φαίαξ δὲ ὁ Ἐρασιστράτου τρίτος αὐτὸς Ἀθηναίων πεμπόντων ναυσὶ δύο ἐς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πρεσβευτής.* — Xen. Hell. II, 2, 17: *ᾑρέθη πρεσβευτὴς εἰς Λακεδαίμονα αὐτοκράτωρ δέκατος αὐτός* (de quo loco v. i. p. 74).

fuisse minime credere licet[14]). Etiam cum unius nomine certa quaedam legatio, ut titulo illo Attico, significatur, sive formula *οἱ περὶ τὸν δεῖνα*[15]) sive alio modo[16]), unius inter ceteros auctoritas videtur eminere. Quam maxime vero unius singularis auctoritas premi videtur, cum omnium quidem legatorum nomina afferantur, unus tamen praeter ceteros efferatur[17]).

Quodsi iam quaerimus, possitne eiusmodi principatus ex ipsis actionibus legatorum cognosci, alicuius momenti est, quod legimus nonnunquam legatum, qui formulis illis princeps legationis significatus esse videtur, solum[18]) aut tamen priorem orationem habuisse[19]). Legationes autem, de quarum rebus omnino accuratiora scimus, sunt Demosthenicae aetatis, imprimis notissimae illae duae de pace ad Philippum missae; his igitur examinandis sperare licet fore, ut certiora edoceamur de principatus illius vi atque natura. Quod ad primam legationem attinet ad pacem faciendam cum Philippo missam, nemo quemquam eorum, qui legationi illi intererant, principem legationis dicere ausus est. Neque potest profecto, quamquam res legationis omnes satis accurate novimus, ulla causa inveniri, qua commoti eiusmodi principem statuamus[20]). Alterius vero legationis ad iusiurandum a Philippo rege exigendum missae Boehneckius[21]) Aeschinem principem fuisse contendit male interpretatus verba quaedam, quae Aeschines a Demosthene dicta

---

[14]) II, 178: *δέκατος δ' αὐτὸς πρεσβεύσας μόνος τὰς εὐθύνας δίδωμι* (v. i.).

[15]) Thuc. V, 46, 2: *ἀπέπεμψαν τοὺς περὶ τὸν Νικίαν πρέσβεις* (v. s. n. 6).

[16]) Her. VII, 151: *Καλλίην τε τὸν Ἱππονίκου καὶ τοὺς μετὰ τούτου ἀναβάντας*; Dem. XIX, 331: *Ἡγήσιππον ὁρᾶτε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις*; Aesch. II, 174: *Ἀνδοκίδην δ' ἐκπέμψαντες — καὶ τοὺς συμπρέσβεις.*

[17]) Xen. Hell. IV, 8, 13: *αἰσθόμενοι δὲ ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι ἀντιπέμπουσι πρέσβεις μετὰ Κόνωνος Ἑρμογένη καὶ Δίωνα καὶ Καλλισθένη καὶ Καλλιμέδοντα.*

[18]) Thuc. VI, 75, 4: *ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηναίων Εὐφήμου μεθ' ἑτέρων*; cf. 81: *ὁ δ' Εὔφημος ὁ τῶν Ἀθηναίων πρεσβευτὴς μετ' αὐτὸν τοιάδε* (*εἶπε*).

[19]) Xen. Hell. II, 2, 22: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀπήγγελλον οἱ πρέσβεις, ἐφ' οἷς οἱ Λακεδαιμόνιοι ποιοῖντο τὴν εἰρήνην· προηγόρει δὲ αὐτῶν Θηραμένης κτλ.*; Xen. Hell. VI, 3, 2 sq. Callias, qui primus legatorum commemoratus est, primus loquitur. — Cf. Aristoph. Av. vs. 1587 sqq., ubi Neptunus, qui aliis in rebus tanquam ducem legationis se gerit, declarat, de qua re ipsi missi veniant.

[20]) Ne primo quidem loco dicere cuiquam ex muneris cuiusdam dignitate concessum fuisse ex eo apparet, quod ipsi legati ordinem, secundum quem ante Philippum dicere vellent, ex aetate constituebant. Quam aequa fuerit singulorum legatorum auctoritas, cognoscere etiam licet ex verbis Aeschinis (II, 34): *ἤδη καθῆκεν εἰς Δημοσθένην τὸ τῆς πρεσβείας μέρος.*

[21]) Forschungen auf dem Gebiete der att. Redner I, p. 397. — Eandem sententiam, neque tamen novis argumentis confirmatam, protulit Heysius (p. 33).

affert[22]); neque enim de Aeschine tanquam legationis principe dixisse videtur Demosthenes, sed Aeschinem eum significasse, qui alios legatos seduceret, ita ut omnia ab eo iussa facerent[23]). Schaefer[24]) non Aeschinem sed Demosthenem aut principem legationis fuisse contendit, aut certe a senatu vel ipsius foederis documentum ei traditum vel simile aliquid constitutum esse; qua re Demostheni primo verba facienda fuisse, cum non sit verisimile ceteros legatos Demostheni ultro primum locum concessuros fuisse. Hanc Schaeferi sententiam Hartelius[25]) secutus est eodem imprimis nisus argumento[26]) et terminum etiam quem dicimus technicum, quo principatus unius legati significaretur, invenisse sibi visus est. E Xenophontis[27]) enim verbis, quibus exponit de Theramenis legatione illa notissima, concludit, cum inter legatos decem unus singulari quadam auctoritate instructus esset, eum dictum esse *πρεσβευτὴν αὐτοκράτορα δέκατον αὐτόν*. Ac primum quidem hoc nomen parum apte inventum est. Vocem *αὐτοκράτωρ* hoc quidem loco[28]) nemo ad singularem quandam unius inter ceteros auctoritatem referre potest, cum manifestum sit totam legationem *αὐτο-*

---

[22]) Aesch. II, 89: *εἴρηκε δὲ οὑτοσὶ πρὸς ὑμᾶς παρὰ τοῦτο διαφθαρῆναι τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα, ὅτι τῆς πρεσβείας ὢν ἡγεμὼν ἐγὼ καὶ κατευημερηκὼς παρ' ὑμῖν, αὐτοῦ κελεύοντος — ἰέναι — οὐκ ἠθέλησα.*

[23]) Cf. Schaefer, Demosth. etc. II, p. 241 extr.; similem vim vocis *ἡγεμών* habemus: Dem. XVIII, 24: *οὐκοῦν οὔτε τῆς ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης ἡγεμὼν οὐδ' αἴτιος ὢν ἐγὼ φαίνομαι.*

[24]) v. n. 23.

[25]) Demosth. Studien. Sitzungsber. d. wiener Akad. 1877 (vol. 88) p. 463.

[26]) In argumentis, quae nova attulit H., tempus non terendum existimo. Nemini enim dubium videri credo, quin ei nulla tribuenda sit auctoritas, quod exprimit verbis: „Auch kann darauf führen, dass er das sämmtliche auf den Frieden bezügliche Actenmaterial unter seinen Händen hat und in seiner Rede davon Gebrauch macht." Ac primum quidem observare licet Demosthenem ex Aeschinis narratione vel ea decreta recitasse, quae ipse composuisset. In universum autem ita rem fingere nobis debemus, ut statuamus unicuique legato decreta publica praesto fuisse, cum eis uti vellet. Ad hanc rem confirmandam satis habemus ad Aeschinis orationem in priore legatione ante Philippum habitam provocare, qui, quamquam minime legationis princeps fuit, multis tamen decretis in oratione sua usus est ad res confirmandas (Aesch. II, 31).

[27]) Hell. II, 2, 17.

[28]) Hartelius comparat praetores, quorum unus nonnunquam prae ceteris singulari quadam auctoritate florebat et provocat ad Gilbertum (Beiträge zur innern Gesch. Athens, p. 44), qui dicit hos praetores *αὐτοκράτορας* dictos esse. Iam vero mihi etiam Gilbertus rem non satis recte exposuisse videtur. Minime negari debet nonnunquam unius praetoris auctoritatem inter ceteros praevaluisse, solet vero haec res formula *τρίτος* (vel alius quotuscunque) *αὐτός* indicari (cf. hanc formulam in legationum principibus significandis usurpatam, n. 13); nullum tamen certum exemplum a G. allatum est neque inveniri posse credo, ubi legatus aliquis, qui maiore auctoritate quam ceteri instructus sit, ea de causa dicatur *αὐτοκράτωρ*. Vox *αὐτοκράτωρ* de praetoribus item ac legatis eo tantum sensu dici potuit, ut significaret eos liberos quodammodo fuisse a populi sententiis.

κράτορα missam esse. Ex verbis enim sequentibus, quibus Xenophon narrat Lacedaemonios ex legatis quaesivisse, quidnam ferrent, apparet eos nullos alios legatos ad res agendas admittere voluisse nisi αὐτοκράτορας; hoc igitur scriptor iam cum de creatione legatorum diceret, premere debebat αὐτοκράτορας illos legatos esse missos. Nec magis feliciter H. ex Demosthenis verbis[29]) demonstrare studet hunc ipsum in secunda ad Philippum legatione principatum illo modo significasse. Minime enim dubium esse potest, quin in illis verbis, si connexum sententiarum respicimus, αὐτοκράτωρ referendum sit ad potestatem de captivis cum Philippo agendi, quam ipse Demosthenes a senatu impetraverit. Neque solum nomen omnino deest, quo proprie significetur Demosthenes dux legationis, sed ne rem quidem ipsam concedendam censeo. Argumentum, quo maxime haec sententia firmatur, est Schaeferi hoc: vix aliter posse explicari, quod Demosthenes primus omnium apud Philippum locutus sit. Quominus autem Demosthenem ducem legationis putemus, difficultates satis multae obstant. Gravissimum videtur, quod nullo orationum vel Demosthenis[30]) vel Aeschinis loco mentio fit peculiaris illius Demosthenis auctoritatis. Nonne Aeschines, qui omnia ex legatione male facta Demostheni culpae vertere studet, premere debebat maiorem culpae partem quam sibi attribuendam esse Demostheni, qui maiorem habuisset auctoritatem? Cur Demosthenes, qui primus coram Philippo dixerat, non primus ad senatum et populum de legatione refert, si erat princeps legationis[31])? Quomodo populus audere poterat principem totius legationis non audire? Ex eo autem ipso, quod de principatu illo dicendi disceptatum est, potius concludendum videtur eum a Demosthene postulatum esse. Ceteri vero legati quod Demostheni in loquendi ordine cedebant, id non dubito ex dignitate Demosthenis explicare. Quae cum ita sint, equidem etiam in secunda ad Philippum legatione, non minus quam in priore, unum inter ceteros maiore auctoritate instructum fuisse, ita ut quasi dux legationis esse videretur, negandum censeo: omnes loquuntur apud Philippum, omnibus licuit legationem apud populum renuntiare, ordinem vero dicendi ipsi inter se statuebant.

Quod ad posteriora tempora attinet, Polybius Atheniensium

---

[29]) Dem. XIX, 173: *ὧν μὲν τοίνυν αὐτοκράτωρ ἦν ἐγὼ κατὰ τὴν πρεσβείαν, τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον ὑμῖν· ἃ δ' οὗτοι πλείους ὄντες ἐνίκων, ἅπαντ' ἀπολώλεκεν.*

[30]) Verba (Dem. XIX, 155): *Ἐνθένδε μὲν τοίνυν αὐτοὺς ἐξήγαγον* de nulla alia re accipienda sunt, nisi de eo, quod Demosthenes senatus decreto a se rogato perfecit, ut legati proficiscerentur.

[31]) Ei quoque legati, qui loquendi ordinem ipsi statuebant, prioris nimirum legationis, hunc ordinem servarunt, cum legationem suam apud populum renuntiarent. Nonne putabimus populum in renuntianda legatione tum quoque eum, quem primum creaverat, quique primus apud Philippum locutus erat, etiam primum audire voluisse?

legatos formula satis vaga *οἱ περὶ τὸν δεῖνα* significare[32]) solet, ex qua de unius principatu nihil concludendum esse iam vidimus[33]); uno tamen loco de legatione quadam Atheniensium ita exponit, ut, quis eam duxerit, expressis verbis commemoret[34]).

Ut apud Lacedaemonios et Athenienses legationum principes nonnunquam occurrunt, ita etiam aliarum rerum publicarum legationibus rarissime quidem eiusmodi principes praefectos videmus. Ex numero antiquiorum legationum commemorandae sunt Potidaeatarum[35]), Phocensium[36]), Philippi regis[37]), fortasse etiam[38]) Mytilenaeorum[39]), Thasiorum[40]). Etiam regum Eumenis et Antiochi legationibus Diodorus, quem vel proprium nomen ad significandum legationis principem adhibere vidimus[41]), singulos quosdam viros praefectos commemorat[42]). Achaeorum[43]) cuiusdam legationis ex rebus ipsis clarissime cognoscitur uni ex numero legatorum tum maiorem auctoritatem concessam fuisse quam ceteris; iussus enim est Polybius, postquam legatio res, quas primum tractare debebat, perfecisset, collegas remittere et ipse solus quae-

---

[32]) v. s. § 5, n. 67. [33]) v. s. n. 6.

[34]) Pol. XXVIII, 19, 4: *παρὰ Ἀθηναίων πρεσβεία —, ἧς ἡγεῖτο Δημάρατος* (cf. rationem, qua l. l. duces theoriarum significantur: *ἧς προειστήκει ὁ Καλλίας ὁ παγκρατιαστής* et *ὑπὲρ ἧς Κλεόστρατος ἐποιεῖτο τὸν χρηματισμὸν καὶ τοὺς λόγους*); cf. Diod. XII, 4, 5: *πρέσβεις — ὧν ἡγεῖτο Καλλίας.*

[35]) CIA II, 58: *περὶ ὧν λέγουσιν οἱ πρέσβεις τῶμΠοτειδαιατῶν καὶ Χαρίδημος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.*

[36]) Aesch. II, 143: *κάλει μοι Μνάσωνα τὸν Φωκέα καὶ τοὺς συμπρέσβεις.*

[37]) Din. I, 28: *τοῖς πρέσβεσιν — τοῖς μετὰ Ἀντιπάτρου δεῦρ' ἐλθοῦσιν.*

[38]) Cur equidem Posen, hominem quendam Samium, qui singularibus afficitur honoribus (CIA II, 1 b), principem legationis non existimem, exposui § 2, n. 5.

[39]) CIA II, 52 c vs. 21: *τοῖς πρέσβεσι τοῖς Μυτιληναίων τοῖς μετὰ Ἱεροίτα.* Negari non potest huius decreti rationem esse peculiarem. Hieroetas ille solus adfuisse et postulasse videtur, ut inscriberetur responsum quoddam, sibi legato et collegis ab Atheniensibus anno praecedenti datum (cf. Hartel, Studien über att. Staatsrecht und Urkundenwesen, p. 153). Facile igitur aliquis suspicari possit Hieroetae nomen in significanda illa legatione solum commemoratum esse vel propterea, quod solus adest et responsum postulat. Comparatis vero aliis titulis Atticis, in quibus eadem dicendi formula *οἱ μετά* invenitur (v. n. 9 et 35), haec potius commendatur explicandi ratio, ut Hieroetam illum principem fuisse legationis illius putemus.

[40]) Mitth. VII, 314 frgm. b et c. (*Ἀθ.* VI, 270): *καλέσαι δὲ Ἄρχιππον καὶ τοὺς ἄλλους πρέσβεις κτλ.* (Archippi nomen fortasse propterea prae ceteris commemoratur, quod etiam in antecedentibus de honoribus ei fratrique concedendis sermo fuit.)

[41]) v. n. 3.

[42]) XVIII, 42, 1: *ὧν ἦν ἡγούμενος Ἱερώνυμος*; XXVIII, 15, 2: *ὁ τῆς πρεσβείας ἀφηγούμενος.*

[43]) Vix de unius legati principatu aliquid concludendum est ex verbis Paus. (VII, 14, 2): *ἀποστέλλουσι δὲ καὶ ἐς Ῥώμην ἄλλους τε Ἀχαιῶν τῶν ἐν τέλει καὶ Θεαρίδαν.*

dam agere[44]). Item Prienensium cuiusdam legationis unum legatum maiorem auctoritatem habuisse rescripto Romanorum probatur, quo, si Boeckhius connexum sententiarum recte restituit, unus laudatur legatus solus et deinde ceteri, qui cum eo venerant[45]).

Ut posterioribus temporibus unius legati auctoritas inter ceteros praevaleret, etiam singulari quadam de causa fieri oportebat, quae cum re in paragrapho sequenti tractanda artissime cohaeret. Cum enim res publicae viatica, quae ad legationes, imprimis Romam mittendas, necessaria erant, praebere iam neque vellent neque possent, hominem privatum destinare non poterant, qui legationem susciperet, sed publice eis quaerendum erat, imprimis ex hominibus divitibus, quisnam suscipere vellet legationem ita, ut totam de suo administraret Illi vero, qui sua sponte et ultro legationem suscipiebat, ceteri legati sustentandi erant in legatione, ita ut vere esset dux totius legationis. Videtur res ita comparata esse ex mea quidem sententia in titulo Phariorum[46]), ante Romanorum dominatum composito; sex enim legati creari iubentur et unus ex numero civium, quisquis hoc munus suscipere velit, eos in legationem deducere[47]). Imprimis vero legationes Romam mittendas singuli suscepisse videntur, ita ut impendio privato totam legationem perficerent[48]).

Itaque ut paucis complectamur, legationum ille principatus non satis certus et definitus fuisse videtur, cum nec de nomine, nec de iure ac potestate eiusmodi principis certi quidquam statuere

---

[44]) Pol. XXVIII, 12, 4 c. c. 13, 6.

[45]) CIG II, 2905, 6 (F) vs. 5: *τὸν δεῖνα] ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν, [καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις ἀφῖχθαι παρὰ Πριηνέων? αἰτήσοντας — φιλάνθρ]ωπον πρὸς Πριηνεῖς πα[ρὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων] — [περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· ὅτι οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ Πριηνέων ἀποσταλέντες ἄνδρες καλοὶ καὶ] ἀγαθοὶ καὶ φίλοι π[ροσαγορευόμενοι ὑπὸ τῆς συγκλήτου κτλ.*

[46]) CIG II, 1837b vs. 15.

[47]) Sic enim explicanda videntur verba: *ἑλέσθαι δὲ πρέσβεις ἐκ πάντων πολιτῶν ἄνδρας ὡς ἓξ εἰς Δελφούς, καὶ ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ κατάγειν τοὺς αἱρεθέντας πρεσβεῦσαι εἰς Δελφούς.* Non neglegendum est hosce legatos, quamquam *πρέσβεις* audiunt, theoris esse similiores (v. § 1, p. 23), quibus Graecos constanti fere usu duces praeficere solitos iam indicavimus (v. s. p. 71).

[48]) L. V, 399: *οὔτε δαπάνης οὐ κακοπαθίας λόγον ποιησάμενος — καὶ ἐντυχὼν αὐτοῖς μετὰ τῶν συμπρεσβευτῶν κτλ.*; fortasse etiam comparandum L. V, 395: *αἱρεθεὶς δὲ πρεσβευτὴς — ἄνευ ἐφοδίων ἤγαγεν κτλ.* (v. § 7 n. 48). Luculentissimum exemplum, quo doceamur, quonam modo legationes publice propositae sint et vel praemia promissa, si quis eas susciperet, praebet titulus Lampsacenus (Mitth. VI, p. 96sqq.); neque enim puto editorem (Lolling) rectum sensisse, cum diceret (l. l. p. 102sq.) ceteros legatos similibus decretis honoratos esse: unus videtur totam legationem instruxisse. Ad posteriorum temporum mores illustrandos cf. decretum in honorem Epaminondae Thebani Romam missi compositum (Keil, Sylloge inscr. Boeot. 1847 n. 31).

liceat[49]). Et in promptu est suspicio eum, qui primus creatus erat legatus, ducem quodammodo habitum esse eiusque nomine legationem significatam[50]), etsi auctoritas eius non maior erat quam ceterorum. Athenienses certe videntur etiam Demosthenis temporibus, cum res legatorum quam maxime ad perfectionem venissent, et in gravioribus rebus, cum decem legati necessarii haberentur, hoc ipsum quaesivisse, ut unus legatus alterius auctoritate quam minime coerceretur, quoniam sic optime civitatis personam gerere videbatur legatio.

Quodsi iam in alia munera peculiaria cum legationibus coniuncta inquirimus, scribae duarum tantum legationum Leontinorum[51]) et populi cuiusdam ignoti[52]) commemorantur[53]). Valde mirum est, quod Atheniensium legationibus non proprios scribas additos esse videmus, quoniam apud Athenienses unumquodque fere magistratus cuiusdam collegium suum solebat habere scribam[54]).

Pauca etiam de illis hominibus monenda videntur, qui nonnunquam ipsos legatos comitantur, quoniam in uno decreto, quo induciae inter Lacedaemonios et Athenienses faciendae constituuntur, commemoratos invenimus *ἀκολούθους* legationis. Verba sunt haec[55]): *κήρυκι δὲ καὶ πρεσβείᾳ καὶ ἀκολούθοις, ὁπόσοις ἂν δοκῇ, περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου καὶ δικῶν ἐς Πελοπόννησον καὶ Ἀθήναζε σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν*[56]).

---

[49]) Ne viatica quidem administrasse principem legationis demonstrare possumus, sed videbimus legatis singulis viatica data esse (cf. § 7 p. 84). De Bursiani sententia, qui putat in titulo quodam Troezenio constituta esse viatica legationis principi cuidam danda v. § 7, n. 8.

[50]) Eum, qui plurima suffragia tulisset, legationis principem habitum esse existimat Heysius (p. 35).

[51]) CIA IV, 33a. [52]) CIG II, 1837b.

[53]) Cum legatorum scribae rarissime inveniantur, premere licet, quod iudicibus a civitate aliqua alteri publice missis solet semper scriba additus esse; cf. CIG II, 2152b, 2334b vs. 34, 2349b, Rangabé, Ant. Hell. 703, Mitth. IV, p. 209 etc.; cf. Meier, die öffentl. Diäteten etc. p. 20.

[54]) Cf. conspectum magistratuum Atheniensium, qui suos habebant scribas, apud: Hille, de scribis Atheniensium publicis (Stud. Lips. I, p. 205).

[55]) Thuc. IV, 118, 6.

[56]) Scholiasta ad vocabulum *ἀκολούθοις* addit *τῶν πρεσβευτῶν καὶ κηρύκων*. Rectissime autem iam Bloomfieldius exposuit *ἀκολούθους* non posse nisi comites legatorum esse. Quodsi statuimus *ἀκολούθους* cum *πρεσβείᾳ* coniungendum esse, etiam *κήρυκι* arte cum *πρεσβείᾳ καὶ ἀκολούθοις* cohaerere optime putabimus, ita ut cogitemus de ampliore quadam legatione, quae ex praecone et ipsis legatis et *ἀκολούθοις* constet. Ita si rem comparatam esse censemus, intellegimus etiam numerum singularem *κήρυκι καὶ πρεσβείᾳ*; neque enim in universum de praeconibus et legatis mittendis sermo est, sed statim de una legatione prima, quae ab utraque parte mitti potest, eiusque ratione ac natura cogitatur.

Egger *ἀκολούθους* servos, legatorum comites, intellegendos esse censet[57]). Sed quamquam legatos saepius servos secum duxisse negari minime potest[58]), equidem intellegere non possum, cur omnino in induciis illis servorum diserta fiat mentio, qui, cum dominis eorum *σπονδαί* concessae essent, ut ceterae res legatorum, laedi non possent. De hominibus igitur liberis necessario dictum puto vocabulum *ἀκόλουθοι*. Quodsi verba induciarum respicimus, videtur non esse sermo nisi de eis legationibus, quas Lacedaemonii et Athenienses inter se mittere iubentur; civitatibus igitur parvis, quae utriusque principalis sociae erant, cum altera principali, quacum bellum gesserant, de bello finiendo libere agere non licuit, sed apparet eis hoc solum concessum fuisse, ut una cum re publica illa potenti, cum qua consociatae erant, legatos mitterent. Hoc ut in induciis commemorari oportebat ita voce *ἀκόλουθοι* indicatum esse videtur. Quamquam enim non negandum est sociorum legatos una cum rei publicae ipsius principalis *πρεσβεία* voce comprehendi posse, tamen sententia nostra eo commendatur, quod vox *ἀκόλουθοι* de talibus legatis, quales alterius rei publicae legationi se applicant, non solum ex Graecorum usu dicendi aptissime usurpari videtur[59]), sed etiam rebus ipsis quam maxime accommodata esse. Videmus enim in eiusmodi legationibus, a rebus publicis compluribus susceptis, rem publicam illam, quae auctor est legatorum mittendorum, more solito — quod etiam ex numero legatorum cognosci potest — legationes constituere, ad quas res publicae aliae non legationes quasdam suas adiungunt, sed singulos legatos legationum illarum quasi comites solent addere[60]).

---

[57]) l. l. p. 43. — Dubitanter quidem de tota hac re exposuit E.: primum dicit tria esse genera hominum, qui versentur in negotiis publicis ad alias res publicas spectantibus, unum esse praeconum, alterum legatorum, cum de tertio exponit, dicit: „ceux, que je n'oserais pas appeler les attachés d'ambassade, car ce pouvaient être, en partie du moins, de simples serviteurs et même des esclaves.“ — Item atque Egger eos ministros dicit Heysius p. 37.

[58]) Cf. e. gr. Aesch. II, 99: duos servos, qui Demosthenem legatum comitabantur.

[59]) Cf. verbum *ἀκολουθεῖν* de civitatibus illis dictum, quae ad alterius legatos suos adiungunt: Thuc. V, 32, 5: *ἐκέλευον οἱ Κορίνθιοι τοὺς Βοιωτοὺς ἀκολουθήσαντας Ἀθήναζε καὶ σφίσι ποιῆσαι ὥσπερ Βοιωτοὶ εἶχον*; Xen. Hell. VI, 3, 2: *παρακαλοῦντες ἀκολουθεῖν, εἰ βούλοιντο, εἰς Λακεδαίμονα περὶ εἰρήνης*.

[60]) Cf. imprimis legationes ad Persarum regem susceptas (Thuc. II, 67, 1; Xen. Hell. VII, 1, 33), legationem Atheniensium ad Philippum regem missam, cui additur unus legatus ex numero sociorum, Aglaocreon: Aesch. II, 97. — Apparet plerumque minores tantum civitates hoc modo potentiori se applicare solitos. Potuit etiam res publica utraque earum, quae legatos ad idem perficiendum mittere volebant, plenam mittere legationem, quam rem Thucydides indicasse videtur, cum diceret (V, 80, 2): *ἔπεμψαν ἀμφότεροι πρέσβεις*; cf. Thuc. IV, 119, 2: legationes, quae expresse dicuntur *πρεσβεῖαι* (118, 14).

Etsi *ἀκολούθους* in induciarum illo decreto commemoratos intellegimus legatos civitatum parvarum, non tamen negamus huius vocis satis generalem esse sensum, ut alii homines, qui, quamquam non sunt publice missi, tamen alius imprimis[61]) civitatis legationi se applicant, bene dici *ἀκόλουθοι* potuerint[62]). Et verbum certe *ἀκολουθεῖν* de eiusmodi legato, qui iniussu rei publicae civitatis externae legationi se applicavit, apud Xenophontem usurpatum invenimus[63]).

De praecone legationi addito iam expositturis nobis pauca indicare tantum licet, quoniam, si omnia explanare vellemus, omnes praeconum Graecorum res accurate pertractandae essent, quod nunc in animo nobis non est. Bello durante commercium publicum non potuisse nisi per praecones fieri iam exposuimus[64]). Per eosdem etiam legatis, cum bellum esset, venia eundi parabatur, quod duplicem quidem in modum fieri solebat. Temporibus belli Peloponnesiaci videtur licuisse una cum praecone statim legationem mittere[65]). Posterioribus vero temporibus praemittere praeconem

---

[61]) Nonnunquam cives ipsius rei publicae, quae legatos miserat, legationi illi se applicant et una cum illa agunt: cf. exsulem Demosthenem (Plut. Demosth. XXVII), Posidippum quendam, quem *συναποδημήσαντα* cum legatione quadam populus laudat (CIA II, 297); etiam Callistratus, qui Spartae agit (Xen. Hell. VI, 3, 3), non legatus videtur adesse.

[62]) Cf. Pollim Argivum (Thuc. II, 67, 1), ex populi quidem sententia, ut videtur, missum, qui tamen privatum se gerebat, ut ipsa res publica Argivorum media videri posset; exsules: Xen. Hell. I, 3, 13, Plut. Demosth. XXVII.

[63]) Hell. VII, 1, 33. Singularem enim rationem, qua praeter Archidamum, Eleorum legatum, commemoratur Argeus ille, aliter explicare non possumus, nisi putemus Argeum hominem privatum legationi se applicasse. Quod vero unus publice mittitur legatus, alter homo privatus una cum illo proficiscitur, ex eo videtur explicandum, quod Argeus a popularium partibus stabat (cf. cap. 4, 15), illis autem temporibus optimates res tenebant, qui Archidamum miserunt. Archidamum revera in legatione optimatium res curasse ex eo cognoscere licet, quod Arcades coercere studet (cf. 1, 38), quos populares Eleorum adiuvisse scimus (cf. 4, 15).

[64]) v. § 1, p. 13 et § 3, p. 46.

[65]) Cf. Thuc. I, 53, 1: *ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐσβιβάσαντες ἄνευ κηρυκείου προσπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ πεῖραν ποιήσασθαι.* — Valde mirandum est, quod praeco comitari iubetur (v. enim n. 56) legationes inter Athenienses et Lacedaemonios post inducias factas missas (Thuc. IV, 118). Fortasse statuendum est etiam cum essent induciae praeconem addere solitos Graecos legationi, quoniam nondum essent plenae *σπονδαί*, h. e. pacis status (de hac vi vocabuli *σπονδή* Steupius, Stud. Thuc. I, p. 37 sqq., recte monuisse videtur). Imprimis vero cognoscere licet ex illis decreti nostri verbis studuisse eos, qui id composuerunt, legatis quam maximam securitatem praebere. Praeconem igitur videntur necessarium putasse, ne forte legationi in regione, ubi bellum vix exstinctum iam esset, mali quid accideret. Propterea etiam ex eo, quod praeconi cum legatione misso venia eundi sollemniter decer-

necessarium fuisse videtur, ut securitas legationi, quae venire vellet, efficeretur (σπένδεσθαι τῇ πρεσβείᾳ)[66]).

§ 7.

De viaticis legatorum.

Quamquam legati item atque magistratus apud Graecos mercedem a re publica non accipiebant, necessarium tamen videbatur eis pecunias quasdam praebere, quibus compensarentur impensae itineris. Varias invenimus voces, quae in significandis illis pecuniis usurpantur[1]). ἐφόδιον dicitur illud viaticum in titulis Atticis[2]); eadem vox invenitur etiam in decreto Chiorum[3]), Aeolicae cuiusdam rei publicae, Lampsaci reperto[4]), duobus Mylasensium[5]) de legatorum[6]) viaticis usurpata, ut rescripta imperatorum Romanorum

---

nitur, non concludendum puto legationem aliquam, quam praeco comitabatur, si venisset hoc decreto non facto, tutam non fuisse (v. § 3, p. 47). — Difficultates non satis expedivisse videtur Heysius, p. 6, n. 1.

[66]) Cf. Atheniensium legationem ad Philippum missam primam (Dem. XIX, 163) et Philippi legationem ad Athenienses missam (Aesch. II, 53); ex varia enim ratione qua de praecone et legatis exponitur (καὶ τῷ κήρυκι σπείσασθαι τῷ παρὰ Φιλίππου ἥκοντι καὶ τοῖς μέλλουσι παρ' αὐτοῦ δεῦρο ἰέναι πρέσβεσι) concludendum est etiam a Philippo, antequam legatos mitteret, praemissum esse praeconem: ἥκων referendum est ad praeconem, qui iam adest (cf. hoc participium in titulis: § 2, n. 5). — Ratio dicendi, quae invenitur apud Polybium optime illustrat vim formulae σπένδεσθαι τῇ πρεσβείᾳ; cf. Pol. I, 85, 3: πέμψαντες οὖν κήρυκα καὶ λαβόντες συγχώρημα περὶ πρεσβείας ἧκον κτλ. (cf. etiam IV, 72, 3); Pol. XXI, 16, 1 sq.: ἐπικηρυκευόμενος — ἀσφάλειαν ἠξίου δοθῆναι τοῖς παραγινομένοις; idem videtur indicatum esse verbis (XXI, 4, 7): οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐχέδημον προδιαπεμψάμενοι καὶ μετὰ ταῦτα πορευθέντες κτλ.

§ 7. [1]) Egger (l. l. p. 52, n. 3) nonnulla exempla iam contulerat.

[2]) CIA II, 15b Add. N., 89, 108 frgm. c et b vs. 24, 251 vs. 30, 311 vs. 49, 366, Mitth. II, 197 (Ἀθ. V, 424) vs. 41, 210 (CIA II, 64), VIII, 211 vs. 44; cf. Aristoph. Ach. 53, Dem. XIX, 158, 311, Theophr. Char. XXX (Foss). — Notandum est in omnibus praeter unum titulis plurali numero dici ἐφόδια. CIA II, 251 ex coniectura quidem, certa tamen, legitur ἐφόδιον; causa esse videtur, quod hoc solo in titulo priore loco exponitur cuique (ἑκάστῳ) legato certam quandam viatici summam dandam esse, deinde ipsum viaticum commemoratur. — Cum igitur forma numeri pluralis sit in universum usitata, equidem etiam Dem. XIX, 158 eam restituendam censeo, quam legimus ibd. § 311. — Mitth. II, 197 et VIII, 211 singularis est formula dicendi: δοῦναι εἰς ἐφόδια.

[3]) Corr. hell. V, 303 B (v. theoris datum).

[4]) CIG II, 3640 vs. 38. [5]) L. V, 395, 409.

[6]) Etiam aliis hominibus ἐφόδια dari possunt; in titulis Atticis commemorantur ἐφόδια exsulibus, ut videtur, data (CIA II, 225), hominibus bello captis (CIA II, 314 vs. 24); apud Delphos ἐπιμεληταῖς quibusdam (Corr. hell. V, 157), apud Delios λογίσταις [Corr. hell. VII, p. 6 sqq. vs. 202 (p. 25)]. — In re nostra tractanda neglegendi videntur etiam tituli duo, in quibus viatica legatorum commemorata esse nonnulli

transeamus[7]). Pro vocabulo ἐφόδιον habemus in titulo Smyrnaeorum μεθόδιον[8]). πορεῖον quoque legatorum viaticum dictum esse Etymologico Magno[9]) docemur, quamquam eius rei exempla satis certa habemus nulla[10]); formula satis peculiari dicitur viaticum ex Boeckhii sententia, quae laudanda videtur, in titulo Cretensi[11]) πρειγήϊα πορήϊω, quod vir clarissimus in Latinum convertit[12]): „legativa viatici".

De Atheniensium tantum usu, qui fuerit in viaticis legatis dandis, certiora quaedam docere possumus. Primum premendum est ante Romanorum imperatorum tempora satis recentia omnibus legationibus viatica data esse, neque rem publicam Atheniensium postulasse, id quod in aliis civitatibus factum esse videmus, ut cives legationes viaticis non acceptis obirent[13]).

Viatica longitudini itineris accommodata fuisse suspicari licet,

---

quidem viri docti putarunt. Bursianus existimat in tituli Troezenii (Rh. Mus. N. F. XI, p. 321 vs. 50 = L. II, 157a = Rangabé, Ant. Hell. 785) verbis: ἴοιεν ἐφόδιον καὶ ναῦσθλον Δαμοφάντῳ κτλ. inesse viatici vestigium legationis cuiusdam principi dati; neque vero ἴοιεν, unde in explicandi sua ratione magna ex parte profectus est, certum est (meliora enim apographa, ut Foucarti in Lebasii opere, nil praebent nisi οιεν, quod Rangabisius haud male δοῖεν supplevisse videtur), neque res propter totius tituli argumentum videtur probabilis. Neque enim in illo de alia re sermo est nisi de impensis in aedificio quodam exstruendo factis. Videtur igitur viaticum illud fortasse intellegendum esse de pecuniis homini cuidam datis, qui materiem ad aedificium exstruendum necessariam advehat. — Idem statuendum existimo de titulo quodam Hermionensi (L. II, 159k = Rangabé, Ant. Hell. 2347 = Philol. IX, p. 180 et 564 = Monumenti, Annali, Bull. etc. 1854, p. XXXIII), cuius frustulum satis exiguum nobis relictum est. In quo quae memorantur viatica, et ipsa Bursianus (Mon. Ann. Bull. l. l) legatorum esse censet, titulum nostrum ad tempora belli Peloponnesiaci referens. Sed videtur etiam hic de pecuniis sermo esse, quae ad aedificium aliquod exstruendum consumptae sunt.

7) CIA III, 37; CIG III, 3837 Add.; Hermes IV, p. 178; VIII, 416; Wood, Discoveries at Ephesos, Great Theatre no: 17; Corr. hell. V, 453 (bis).

8) CIG II, 3137 vs. 31 cf. Hesych. s. v.

9) p. 684, 8.

10) Rectene suppleverit Koehler, v. d., in Myrinensium decreto (CIA II, 593 Add. Corr.) καὶ πορεῖον, valde dubium est; pro certo hoc tantum confirmari potest fuisse in lacuna mentionem viatici factam; propterea iam Boeckhius (CIG II, 2155) ἐφόδιον loco quodam, nunc novo fragmento rectius restituto, legere voluerat. — πορεῖα dicuntur viatica exsulibus quibusdam redituris concessa in titulo Samio (Curtius, Inschriften u. Studien zur Gesch. v. Samos, 1877, p. 22 vs. 21).

11) CIG II, 2556 vs. 29. 12) l. l. p. 415a.

13) CIA III, 702: πρεσβεύσαντα προῖκα in titulo Commodo imperatore composito (cf. § 6, p. 77 et i. n. 50). — προῖκα quendam legationem perfecisse, quod posterioribus temporibus solet significare eum viatico non accepto legatum fuisse, apud Demosthenem idem valet atque eum donis non corruptum legati munere functum esse (cf. Dem. XIX, 119, 232); itaque uno loco (Dem. XIX, 332) additum est ἀδωροδοκήτως, quod in simili enuntiato etiam solum legitur (Dem. XIX, 4).

ita ut pro diebus, quos legati abessent in legatione[14]), eis solverentur, id quod exemplis confirmatur Aristophanis[15]).

Quodsi viatica legatis pro singulis diebus solvebantur, oritur quaestio, utrum legatis data sint, antequam in legationem proficiscerentur, an postquam redissent. Illam sententiam omnes fere viri docti, qui hac de re disseruerunt[16]), secuti sunt, quamquam ei difficultates quasdam obstare ex eis, quae modo exposuimus, apparet; has iam scholiasta ille sensisse videtur, qui, ut eas tolleret, finxit solitos esse Athenienses pro triginta semper diebus viatica dare, quae mera somnia esse iam Boeckhius satis docuit[17]). Schoemannus[18]) difficultates illas tollere ita studuit, ut viatica legatis data esse statueret tot dierum, quot viderentur necessarii ad munus quoddam perficiendum; cum vero diutius abesse cogerentur, eis viatica post reditum suppleta esse. Sed Athenienses certe hac in re parum sibi constitisse decretis probatur, quibus legatis viatica destinantur. Usum quidem fuisse hunc Atheniensium, ut, antequam legationes proficiscerentur, viatica persolverentur, non solum ex Theophrasti quodam exemplo[19]) cognoscere licet, sed etiam sex[20]) titulorum exemplis illustratur; at duobus in titulis[21]) decernuntur viatica legatis post reditum persolvenda. Quaenam causa diversitatis illius fuerit, in tanta paucitate titulorum pro certo demonstrari non potest. Suspicari quidem licet numerum dierum[22]) et viaticum eis accommodatum ante profectionem legatorum constituta esse, si constitui posse viderentur; cum vero tempus consumendum nimis esset incertum, viatica post reditum

---

[14]) Turrettinii sententiam (l. l. p. 33) equidem comprobare non possum, qui putat nonnisi eorum dierum viatica accepisse legatos, quos in ipso itinere essent; cum vero legati ab eis, ad quos missi essent, solerent publice ali, pro his diebus, quos publice sustentati essent, viaticum datum esse nullum. Hoc ideo iam minime probabile est, quod legati non debebant ex gratia civitatis alienae pendere. Quae addit T. de Demosthenis loco quodam, ne intellegere quidem possum.

[15]) Acharn. 66: *μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας*, quibus cum verbis conferendus est versus 602.

[16]) Cf. imprimis Boeckhium: Oecon. publ. I, p. 336. — Perverse singulis titulis usus Heysius rem falso expedivit (p. 52 sq.), quem data opera refellere supersedemus.

[17]) l. l. not. e.

[18]) Antiqu. iur. publ. A. p. 310, n. 10.

[19]) Charact. XXX.

[20]) CIA II, 15b Add. N., 108, 251, 311, Mitth. II, 197, VIII, 211.

[21]) CIA II, 89, Mitth. II, p. 210 (ter). — Cum CIA II, 89 vel triginta drachmae singulis legatis persolvendae constituantur, equidem mihi vix persuadere possum has pecunias legatis post reditum datas ex Schoemanni sententia (v. n. 18) supplementa tantum habendas esse; non magis commendatur Sch. illa sententia eo, quod omnes tres legationes, quas commemoratas habemus in altero titulo (Mitth. II, 210), viatica accipiunt, postquam reversae sunt.

[22]) v. i. (n. 38) titulum Smyrnaeorum.

demum legatorum soluta esse. Fueritne tamen nonnunquam supplementum quoddam viatici post perfectam legationem persolutum, in dubio relinquendum est.

Ceterum memorabile est nunquam in decretis ipsis totam pecuniae copiam legationi persolvendam commemorari, sed quantum singulo cuique legato persolvendum sit; quare statuere non licet uni cuidam, qui legationem duceret, totam pecuniae summam administrandam datam esse[23]). Solvebantur illae pecuniae a quaestore populi[24]), qui eas depromeret *ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ*[25]).

Quodsi in magnitudinem viatici legatis dati inquirimus, Aristophanis temporibus vel duas vel tres drachmas pro singulis diebus solutas esse legato satis confirmatum est[26]). De posterioribus temporibus ex eis, quae de secunda legatione ad Philippum regem missa scimus, coniecturam facere possumus. Cum decem illi legati, qui dies 69[27]) afuerunt, 1000 drachmas acceperint, singulos legatos pro singulis diebus $1^1/_2$ drachmas accepisse statuendum est[28]). Qua cum viatici copia etiam cetera exempla in universum consentiunt; omnibus tamen exemplis probatur non ad assem legatis impensas redditas esse, sed summam solidam semper esse datam.

---

[23]) v. s. § 6, n. 49. — Confirmatur sententia nostra etiam Theophr. l. l.

[24]) CIA II, 15b Add. N., 89, 251, 366, Mitth. II, 197, 210 (ter) VIII, 211. — In uno tantum titulo (CIA II, 311) mentio quaestoris casu, ut suspicari licet, omissa est (cf. architheorum, qui pecunias ab apodectis accipit: CIA II, 181).

[25]) CIA II, 251, 366, Mitth. II, 210 (priore tantum loco invenitur); fortasse non casui attribuendum est, quod in duobus antiquissimis titulis, qui hac in re comparari possunt (CIA II, 15b Add. N., Mitth. II, 197), verba illa nondum addita inveniuntur (desunt etiam CIA II, 311, ubi ne quaestorem quidem commemorari vidimus), et in aliis antiquioribus duobus (CIA II, 89, Mitth. VIII, 211) formulam minus amplam et, ut videtur, minus accuratam legimus: *ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ*. Diversitas illa ex posteriorum temporum accuratiore ratione dicendi explicanda videtur. — De natura pecuniarum illarum publicarum cf. Boeckh, Oec. publ. I, p. 233sq.

[26]) Aristoph. Ach. 66 (duae dr.), 602 (tres dr.; neque enim hic locus ad praetores videtur referendus, quod nonnulli viri docti fecerunt).

[27]) Cf. Schaefer, Demosth. II, p. 249, n. 3. — Heysius, cum dierum numeri accuratam rationem non haberet, falsam pecuniae summam statuit (p. 52).

[28]) Ex accurata ratione efficitur viaticum legato pro die solutum: 1 dr. 2, 7 ob. Si legato pro die $1^1/_2$ dr. destinatas esse censemus, efficiuntur in universum 1035 dr. Nemo negabit Demosthenem facillime de mille drachmis dicere potuisse, etsi fuerant 1035. Neque vero ad hanc explicandi rationem confugiendum esse censeo. Puto re vera quemque legatum, etsi debebat $103^1/_2$ dr. accipere, 100 accepisse, quoniam observare licet Athenienses solitos esse summam solidam viaticum persolvere. Si igitur ad exemplar titulorum verba decreti, quae ad viatica spectabant, suspicari debemus, non quidem statuemus cum Boehneckio (Forschungen etc. I, p. 397) scriptum fuisse: *δοῦναι δ' ἐφόδια τοῖς πρέσβεσι*

Legatos, qui foedus cum Euboeae incolis icerent[29]), si Koehler recte sex dies in itinere fuisse coniecit, unusquisque legatus accepit pro singulis diebus 1 dr. 4 ob., quod optime convenit cum pecuniae summa ex Demosthenis verbis statuta. Neque quod eis, quibus cum tribus civitatibus Euboeae, Eretriensibus et Chalcidensibus et Hestiaeensibus, agendum erat[30]), duplex viaticum concessum videmus viginti drachmarum, offensionem habet; poterant enim facillime etiam duplex tempus consumere. Item convenit viaticum decem drachmarum legationi ad Carystios missae datum[31]). Praeterea legationi cuidam, cuius iter nobis non perspicuum est, triginta drachmas datas esse post legationem perfectam videmus[32]). Antequam proficiscerentur, hisce legationibus pecunias certas constitutas esse videmus: legatis ad Orontam satrapam missis: 50 dr.[33]), totidem ad Byzantios profecturis[34]) et legato ad Dionysium, tyrannum Heracleae Ponticae, misso[34a]), ad Thessalos missis: 30 vel 20 dr.[35]), ad Amyntam, regem Macedoniae, ituris: 20 dr.[36]). Certam si fuisse summam legatis pro singulis diebus solutam putamus, intellegimus etiam, quomodo fieri potuerit, ut in decreto quodam[37]) nihil constitueretur nisi: *δοῦναι δὲ ἐφόδια τῶν πρέσβειων ἑκάστῳ τὸ τεταγμένον*; cum enim illis temporibus certus usus esset in viatico dando, ipse quaestor pro dierum numero viaticum constituere poterat.

Ut apud Athenienses, ita etiam apud Smyrnaeos certam pecuniae summam legatis pro singulis diebus solutam esse videmus; populus nil nisi dies constituebat, qui sibi ad perficiendam legationem viderentur necessarii, et quaestor iubebatur pro diebus constitutis viaticum legitimum solvere[38]). Decernebatur autem

---

χιλίας δραχμὰς sed sic fere: *ἀποδοῦναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐφόδια τὸν ταμίαν τοῦ δήμου Η δραχμὰς ἑκάστῳ ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ.*

[29]) Mitth. II, 210 (CIA II, 64) vs. 18.

[30]) l. n. 29 l. vs. 16.

[31]) l. n. 29. l. vs. 13. — Potest etiam de viginti drachmis cogitari. Koehler enim decem statuendas esse censet, consuetudinem lapicidarum respiciens, qui circa numerorum signa vacua spatia relinquere solebant.

[32]) CIA II, 89. [33]) CIA II, 108.

[34]) CIA II, 251. [34a]) Mitth. VIII, 211.

[35]) Kumanudes (*Ἀθ.* V, 424) de triginta drachmis cogitasse videtur, Koehler (Mitth. II, 208) nonnisi decem datas esse censet (v. n. 31); possunt etiam viginti statui. Koehleri sententia mihi minus placet propter longitudinem itineris, quod legatis eundum erat, neque mihi vir doctus apte ad legationem in propiorem insulam Euboeam missam provocasse videtur.

[36]) CIA II, 15b Add. N.

[37]) CIA II, 311.

[38]) CIG II, 3137, vs. 31: *τοῖς δὲ ἀποδειχθεῖσιμ πρεσβευταῖς δότω μεθόδιον Καλλῖνος ὁ ταμίας τὸ ἐκ τοῦ νόμου ἡμερῶν ὅσων ἂν ὁ δῆμος τάξῃ ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως προσόδων. ἡμέραι ἐτάγησαμ πέντε.* — Cf. *ὀψώνιον* rhabducho dandum (Mitth. VII, p. 69 I vs. 27): *ἡμερῶν δύο τῆς ἡμέρας ἑκάστης δραχμὴ μία* (?).

viaticum in eadem contione, in qua legati creabantur; id quod non solum Smyrnaeorum illo decreto confirmatur, sed etiam Chiorum[39]) et Aeolicae cuiusdam civitatis[40]). Is, qui iubetur legationibus viatica persolvere, est apud Smyrnaeos *ταμίας*; pecuniae, ex quibus viaticum sumere iubetur, dicuntur plane generaliter *αἱ τῆς πόλεως πρόσοδοι*. Apud Abderitas videmus[41]) etiam certas quasdam pecunias publicas legationibus destinatas fuisse; administrabant vero hasce pecunias et legatis viatica porrigebant illi magistratus, quibus etiam mittendorum legatorum cura in decreto illo committitur[42]), *νομοφύλακες*. Alio modo, quem satis perspicere non possumus, viatica, etsi non legatorum, curantur in Delphorum decreto[43]). Rem plane singularem de viaticis solvendis constitutam videmus in Hierapytniorum et Priansiorum foedere; ibi enim altera civitas iubetur alterius legatis viatica praebere[44]). Tale quid constitui non poterat nisi inter duas civitates, quae ut Creticae illae tam arto societatis vinculo se coniunxerunt, ut una fere fieret civitas; indidem explicatur, quod inter civitates illas de decem staterum multa convenit ab ea civitate solvenda legationi, cuius magistratus illi viatica non praebuissent[45]).

Posterioribus temporibus, cum civitates Graecae plurimae pecuniarum inopia magnopere urgerentur[46]), legationes tamen multae etiam in terram remotam, scilicet Romam, essent necessariae, magis magisque in usum venit, ut homines divites legationes illas sine viaticis perficerent, praesertim cum a civitatibus ob eam rem laudibus summis extolli solerent. Sic in Mylasensium titulis legimus[47]) legatum alterum legationem aliquam sine viaticis duxisse[48]),

---

[39]) Corr. hell. V, 304 B in fine legimus *ἐφόδια ἐτάχθη ἐκ — Θεωροὶ εἱρέθησαν κτλ.*

[40]) *χειροτονῆσαι δὲ ἐν τᾷ ἐκκλησίᾳ ἐφόδιον τῷ πρεσβευτᾷ* (CIG II, 3640 vs. 37).

[41]) Corr. hell. IV, p. 48 sqq. vs. 48. [42]) v. s. § 4, p. 50.

[43]) Corr. hell. V, 157 vs. 36: *τὰ δὲ ἀναλώματα καὶ ἐφόδια ἐξέστω καταχρεῖσθαι ἐκ τοῦ κολλύβου καὶ οἱ χειρίσαντες λόγον ἀποδόντων τᾷ πόλει.*

[44]) CIG II, 2556 vs. 29: *πρειγήϊα δὲ ὧ κα χρείαν ἔχῃ πορηΐω παρεχόντων οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι κόσμοι τοῖς Πριανσιεῦσι, οἱ δὲ Πριανσιέες κόσμοι τοῖς Ἱεραπυτνίοις.*

[45]) Cf. tit. l.: *αἰ δὲ μὴ παρίσχαιεν, ἀποτεισάντων οἱ ἐπίδαμοι τῶν κόσμων τᾷ πρειγείᾳ στατῆρας δέκα.*

[46]) Quantopere rebus publicis pecuniae ad legationes instruendas necessariae nonnunquam defuerint, etiam ex eo cognosci potest, quod nonnunquam in decretis cives laudantur, qui pecunias illas rebus publicis porrexerunt: Arch. Ztg. 1875, p. 151 vs. 5: *καὶ εἰς τὰς πρεσβείας τὰς ἀποστελλομένας — χρήματα ἔδωκεν ἄτοκα* et paullo infra: *καὶ νῦν εἴς τε τὴν πρεσβείαν τὴν ὕστερον ἀποστελλομένην πρὸς Ἀντίγονον ἔδωκεν χρυσοῦς τριακοσίους ἀτόκους κτλ.* — Cf. Hermes VII, 114 vs. 5: *οὔτε τὴν ἀπαντωμένην καταφθορὰν τῶν ἰδίων τοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως πρεσβεύουσιν ὑπολογιζόμενος.*

[47]) Cf. etiam ea, quae de hac re iam § 6, p. 77 exponenda erant.

[48]) L. V, 395: *αἱρεθεὶς δὲ πρεσβευτὴς — ἄνευ ἐφοδίων ἤγαγεν.*

alterum viaticum, quod accepisset, reddidisse[49]). Imprimis vero in titulis posterioribus rei publicae Romanae et imperatorum Romanorum temporibus compositis inveniuntur laudationes legatorum, qui gratis legationibus functi sunt[50]).

§ 8.

Quomodo legati munere functi sint.

Rationem, qua legatio cum re publica externa agat, fere omnem ex illius rei publicae institutis pendere apparet. Tota igitur haec res potius ab eo tractanda est, qui de potestate magistratuum singulorum, quam in variis rebus publicis variam habuerint, exponit. Attamen necessarium videtur nonnulla de magistratuum, qui cum legatis agere solebant, auctoritate disputare.

Una res publica, de cuius cum legatis agendi ratione accuratiora quaedam proferre possimus, est Atheniensium; quamquam vel de hac virorum doctorum sententias magnopere inter se discrepare concedendum est.

Cum omnibus rebus publicis Graecis hoc commune esset, ut legatis, antequam cum ipso populo agerent, pauciorum civium collegium quoddam esset adeundum, quod primum de rebus a legatione allatis deliberaret, apud Athenienses legationes externas senatum adisse omnes sciunt[1]). Illi etiam scripta (*τὰ γράμματα*) tradebant, quae a re publica sua tradenda acceperant[2]). Sed de eis, quae senatui facienda erant[3]), postquam scripta illa accepit, magna

---

[49]) L. V, 409: *τό τε ἐφόδιον ἀνέδωκεν, ὃ ἔλαβεν εἰς τὴν πρεσβείαν.*

[50]) Enuntiata, quibus exprimatur legatos viatica non accepisse, inveniuntur in titulis varia: *δαπανᾶν ἐκ τῶν ἰδίων* (CIG II, 2271 vs. 18) vel *δαπάναις ἰδίαις* (Annali etc. 1868, p. 95; nisi verba aliter explicanda), *κατὰ δωρεὰν* (Keil, Inscr. Boeot. 1847 n. 31 vs. 13 etc.) vel *δωρεὰν* (L. V, 1212 = Annali 1852 p. 171) vel *ἄδωρον πρέσβευσιν* (CIG I, 1625 vs. 25); plerumque legitur *προῖκα* (v. n. 13): CIG II, 2099, 2721, 2786, 3495, L. VII, 2737, Rh. Mus. VII (1849), 515, 517, Arch. Ztg. 1878, tit. el. n. 202, Corr. hell. V, 185, 189 etc. — Cf. enuntiatum in imperatorum Romanorum rescriptis: *ᾧ τὸ ἐφόδιον δοθήτω, εἰ μὴ προῖκα ὑπέσχετο.* (v. n. 7.)

§ 8. [1]) In decretis constitutum invenimus: CIA I, 40 vs. 25 (cf. cleruch. d. CIA II, 592): *πρεσβείαν — πεμπόντων — πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον* et in decreto mercatorum Tyriorum (CIG II, 2271 vs. 16) *πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων* et Deliorum (CIG II, 2270): *ἐπελθόντες ἐπὶ τὴν Ἀθήνησιν βουλὴν καὶ ἐκκλησίαν.*

[2]) v. § 3, n. 48.

[3]) Valde dolendum est, quod id decretum, in quo iura senatus in rebus gerendis accurate definita sunt (CIA I, 57), plane lacerum nobis servatum est. Connexum sententiarum hunc fere statuendum esse existimo: primo loco, id quod ex vestigiis satis perspici potest, ea enumerata sunt, quae senatui non licebat *ἄνευ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων πληθύοντος* facere; eis allatis, quae facienda erant *πρὶν παύεσθαι τῆς ἀρχῆς* (frgm. b vs. 8), videtur finis factus esse earum rerum enumerandarum, in

dissensio est inter viros doctos. Plerique senserunt[4]) senatum cum legatis, postquam scripta ab eis allata legisset, agere coepisse, et cum de rebus, quas legati tractare vellent, certior factus esset, eos in contionem introduxisse, sive responsum eis dandum populo proponeret, sive id statuendum populo ipsi committeret. Sed Hartelius[5]) hac sententia plane abiecta non licuisse senatui Atheniensium legationem introducere docebat[6]), nisi populi decreto antea facto ei hoc permissum esset. Cohaeret haec Hartelii sententia cum altera illa, quod unamquamque rem duabus in contionibus tractatam esse statuit[7]). Adversarii huic sententiae[8]) exstiterunt Gustavus Gilbert[9]) et Lenzius[10]) et — qui magis etiam laudandus est — Hoeckius[11]), qui Hartelii doctrinam imprimis ad res nostras spectantem tam accurate examinavit, ut in re summa in eius sententia acquiescendum mihi videatur. Non licet hoc loco de summa sententiae Hartelianae exponere; quo tamen negotio eo facilius supersedere possumus, quod non solum viri docti, quos modo commemoravimus, eam argumentis satis firmis refutasse

---

quibus auctoritas senatus quam maxime coercita erat, dein iura accuratius definiri videntur, quae senatui remanserint; primum fortasse pertinet ad pecunias administrandas, secundum ad legationem sive accipiendam sive mittendam; sequitur tertium quoddam.

4) Cf. e. gr. Platnerum (Att. Proc. I, p. 58**).

5) Hartelii libri, ad quos in sequentibus saepe provocandum erit, hi sunt: Demosthenische Studien 1877 (Wiener Sitzungsber. vol. 87, p. 7sqq. et vol. 88 p. 365sqq.); Studien über Attisches Staatsrecht und Urkundenwesen 1878 (Wiener Sitzungsber. 90, 91, 92); Wiener Studien I, p. 269sqq.

6) Demosth. St. II, p. 413sqq.

7) Studien üb. A. St. u. Ur. III, p. 179sqq.

8) Heysius (l. l. p. 59sqq. et 71) Hartelii sententiam miro quodam modo variavit, quamvis eius ne mentionem quidem iniecerit. Contendit enim nonnunquam in contione aditum legationi a senatu postulatum esse, antequam introducerentur; sed eiusmodi legationi etiam per prytanem quendam aditum in senatum impetratum esse dicit, antequam senatus cum legatis ageret. Et hunc priorem senatus conventum et illam priorem contionem tum non fuisse necessaria docet, cum populo, a quo legati venirent, certum quoddam privilegium concessum esset, quod indicaretur verbis titulorum: *πρόσοδος πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτῳ (πρώτοις) μετὰ τὰ ἱερά*. Recte contendit H. hoc modo effectum esse, ut legati, qui mitterentur, s i n e m o r a a prytanibus in senatum populumque introducerentur. Ex ipso vero enuntiato *μετὰ τὰ ἱερὰ* addito non ipsum aditum sed rationem aditus concedi apparet. Hoc enim cum alicui civitati decretum esset, legatos eius neque senatus neque populus variis dilationibus ita frustrare poterant, ut eis diem quidem constituerent, quo introducerentur, cum vero tempus aliis rebus tractatis consumptum esset, non iam cum eis agi posset.

9) Fleckeiseni Annales 1879, p. 225 et 1880, p. 529.

10) Lenz, Das Synedrion der Bundesgenossen im zweiten athen. Bunde, Königsb. 1880.

11) Fleckeiseni Annales 1880, p. 801.

videntur[12]), sed omnino agendi cum legatis ratio, quam statuit H., satis diversa videtur ab ea, quam Athenienses in aliis rebus tractandis secutos esse ipse contendit[13]). Prioris enim contionis, in qua de quaque re tractatum sit, consilium hunc in modum definivit[14]), ut diceret senatui in illa a populo permissum esse de re in proxima contione tractanda certa quaedam proponere, de quibus populus in suffragia ire posset; hanc vero priorem tractationem dicendam esse *προχειροτονίαν*. Sed eandem hanc vocem cum ad primam de legatione actionem, qua quidem legatis aditus ad populum paratur, referret H.[15]), non vidit in suffragia de legatione admittenda lata parum eam quadrare. Quoniam enim statuit cum legationibus ipsis de rebus quidem gravioribus[16]) duabus in contionibus actum esse[17]), tres haberemus contiones, in quibus de una legatione agendum esset Atheniensibus. Atqui *προχειροτονίας* vim, quam statuit H., potius in secundam trium illarum contionum quadrare perspicuum est quam in primam. Cum enim doceat[18]) in priore contione, in qua *προχειροτονία* fieret, populum iam plenam rerum omnium cognitionem adeptum esse et in eam rem inquisivisse, utrum omnino de rogationibus, quas senatus proponeret, agendum esset necne, hoc in primam contionem, qua legatis aditus paratur, quadrare negandum censeo. Nam quamquam H. non satis indicavit, utrum senatui licuisse credat cum legatis agere, antequam a populo potestatem accepisset eos introducendi, an de rebus, propter quas missi erant, eum ex scriptis ab eis allatis solis certiorem factum esse existimet,

---

[12]) Cf. imprimis, quae exposuerunt de titulo CIA II, 168 Gilbertus (1879 p. 231 et 1880, p. 535) et Lenzius (p. 46). Gravissimum vero argumentum contra H. sententiam Hoeckius (Jenaer Lit. Ztg. 1879 p. 263 et l. l. p. 803) mihi attulisse videtur. Litis cardo vertitur in explicandis verbis decretorum: *ἐξενεγκεῖν εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν* et *ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ τοὺς προέδρους οἳ ἂν λάχωσι προεδρεύειν εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν προσαγαγεῖν.* H. verba *εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν* refert ad contionem sequentem eam, in qua senatus auctoritate instructus sit de re aliqua in contione alia quaedam proponendi, plerique putaverunt esse primam illam eam, quae senatus sessionem subsequeretur. H. ipse concedit (Stud. etc. III, p. 179), formulae illae quomodo accipiendae sint, dubium aliquem posse haerere, cum nullo exemplo certo hoc decernatur. Sed iam Hoeckius tale exemplum invenit; comparavit enim decretum quoddam Atticum (CIA II, 76), in quo *ἐς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν* non potest intellegi nisi de prima post senatum habitum contione. Cum Hartelius (Wiener St. I, p. 292) nihilominus sententiam suam obtinere ausus sit, equidem videre non possum, quo iure hoc faciat.

[13]) Etiam Lenzius (l. l. p. 41) hanc difficultatem sensit neque vero satis demonstravit.

[14]) Studien üb. Att. St. u. U. p. 180.

[15]) Dem. Stud. II p. 413 sqq.

[16]) Cum legatis, qui de foedere quodam faciendo missi essent, duabus in contionibus actum esse docet Hartelius.

[17]) Cf. Dem. Stud. II p. 446. Quid de hac sententia censeamus, v. i. p. 97.

[18]) Stud. üb. Att. St. u. U. p. 180.

populus certe plenam cognitionem rei, de qua populi scitum faciendum erat, habere non poterat, antequam ipsos legatos audivisset. In prima igitur trium quas statuit H. contionum de nulla alia re agi potuit, nisi utrum senatui legationem admittere liceret necne. In secunda vero contione omnes res ad responsum legationi dandum spectantes ita tractabantur, ut illa *προχειροτονία*, quam dicit H., fieret et populus in tertia contione in suffragia ire posset. Hanc rationem secundae et tertiae illius contionis cum H. ipse sentiret, totam rem plane obscuravit, cum in prima trium illarum contionum *προχειροτονίαν* fieri diceret, sed idem concederet secundam comparatam cum tertia idem valuisse atque *προχειροτονίαν* cum ultima suffragiorum latione comparatam [19]).

Quod autem H. censet non licuisse senatui legationem introducere nisi contione antea habita, videntur mihi quidem non solum argumenta, quae ipse ad sententiam suam firmandam protulit, a Gilberto et Hoeckio recte refutata esse [20]), sed etiam illud argumentum, quod Hoeckius [21]) sententiae eius obstare putat, summo iure ei oppositum esse. Provocat enim ad decretum [22]), ubi eadem formula, ex qua H. concludit populi decreto demum facto legatos externos introductos esse, exponitur de ipsorum Atheniensium legatis introducendis. Rectissime autem concludit, cum minime cogitari possit senatum ex populo debuisse quaerere, possetne ipsorum Atheniensium legatos in contionem vocare, senatui etiam exterarum civitatum legationes licuisse statim in populum producere.

Has igitur ob causas [23]) ut Hartelii sententia iam minime

---

[19]) Wien. St. I, p. 294: „Dass aber in diesem Verfahren die Akte der Procheirotonie und Schlussabstimmung sich widerspiegeln, bedarf keiner weitern Erläuterung.“

[20]) H. existimat in Aeschinis (II, 58) verbis: *ταῖς δὲ ξενικαῖς πρεσβείαις ἡ βουλὴ τὰς εἰς τὸν δῆμον προσόδους προβουλεύει. — τὰ προβουλεύματ᾽ αὐτῶν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου δὸς ἀναγνῶναι* vocem *προβούλευμα* non senatus quoddam decretum significare, sed populi decretum prioris illius contionis, quo iubeatur senatus legatos certo quodam die in contionem introducere. Rectissime vero Hoeckius (l. l. p. 805) demonstravit Athenienses *προβούλευμα* et *ψήφισμα βουλῆς* promiscue usurpasse. Haud minus recte Gilbertus refutat (l. l. 1879, p. 232) plane artificiosam rationem explicandi, qua H. (Dem. Stud. II, p. 436) ex Pollucis verbis simplicibus *ἡ δὲ τρίτη (ἐκκλησία) κήρυξι καὶ πρεσβείαις ἀξιοῖ χρηματίζειν* sententiam suam eliciendam putat. — Quomodo vero *προχειροτονία* explicanda sit, quam de legationibus factam esse in quaque contione verbis legis cuiusdam ab Aeschine allatis confirmatur, v. i. p. 94 sq.

[21]) l. l. p. 806. [22]) CIA II, 52 c.

[23]) Unam addere liceat. Si senatus ex populo quaerebat, utrum liceret certam quandam legationem introducere necne, debebat statim populum certiorem facere de legationis illius auctoritate. Neque vero videre possum, quomodo talis agendi ratio conveniat cum narratione de Lacedaemoniorum legatione ab Alcibiade decepta (Thuc. V, 45, 1 sqq.). Quomodo enim aliter fieri poterat, ut populus ne hoc quidem sciret legatos illos *αὐτοκράτορας* esse missos?

videtur probabilis, ita, quomodo conveniat cum commercii inter Graecas civitates publici legibus, quas fuisse suspicari licet, perspicere nequeo. Non enim aliud commercium publicum fuisse inter populos eruditos quorumlibet temporum existimabimus, nisi ut censeamus alterum alterius legatos pacis quidem temporibus semper audire voluisse. Cum vero apud Athenienses legationes externae non possent nisi coram ipso populo negotia expedire, semper etiam ad populum introducendae erant. Ita autem cum res comparata esset, quemnam ad finem *προχειροτονία* fiebat? An eam fuisse pervicaciam populi credere licet, ut ipse vellet diem statuere, quo cum populo agendum esset? Causas huius rei nullas invenire possumus, ea, quae obstant, patent. Cum enim *προχειροτονίᾳ*, quam H. sibi finxit, nihil aliud efficiatur, nisi ut ordo rerum tractandarum destinetur, nemini dubium fore arbitror, quin ordo ille a multitudine contionantium male possit constitui, multo facilius a senatu, cuius vel proprium fuisse officium res ad contionem praeparandi et ipsam contionem moderandi nemo negabit. Plane igitur mihi cum Hoeckio convenit senatui Atheniensium licuisse quamvis legationem nullo populi decreto antea facto in contionem introducere[24]). Ne tum quidem, cum legati venirent populi, quocum bellum esset, de H. sententia cogitandum esse idem Hoeckius docuit; rectissime enim monet, cum aditus huiusmodi legatis a praecone praemisso rogatus concederetur[25]), populum eo etiam declarasse se acturum esse cum illis[26]).

Quodsi recte iudicavimus licuisse senatui legationem nullo populi decreto antea facto in contionem introducere, optime etiam

---

[24]) Cum Hoeckio (p. 806) igitur etiam abiciendam censemus Gilberti (l. l. 1879, p. 233 et 1880, p. 529) sententiam, qui putat de accipienda legatione populum quasi secundum paragraphos in suffragia ivisse, ita ut senatus ex populo primum sententiam quaereret, utrum cum legatis agendum esset necne, deinde, cum populus hoc concessisset esse agendum, senatus decretum proponeret de eis factum, quae legationi respondenda viderentur. Idem argumentum, quod Hoeckius contra Hartelii sententiam protulit, valet etiam contra Gilberti, neque Gilberti sententia melius cum eis, quae de commercio publico monuimus, convenit (cf. etiam Lenz, l. l. p. 37sq.). — Non statim senatum cum legatis egisse, cum illi non ad Atheniensium tantum populum sed etiam ad synedros sociorum venissent, Lenzius mihi recte videtur docuisse (p. 34). Tum enim necesse erat, ut contione facta senatus auctoritate instrueretur, non tam cum legatis quam eodem tempore cum synedris agendi. Itaque Heysius (p. 61) non rectum sensit, cum contenderet contionem illam priorem tum non necessariam fuisse, cum Athenienses concessissent *πρόσοδον*, quem sibi finxit (v. n. 8).

[25]) v. s. § 6, p. 80sq.

[26]) Dubius aliquis haerere possit, quidnam factum sit, cum praeco legationi non praemissus esset, sed eam comitaretur (v. s. p. 80). Omnino hoc rarius et antiquioribus imprimis temporibus factum esse videtur. Puto equidem praeconem primo solum in contionem introductum esse, cum etiam necessarium esset per eum legatis quendam pacis statum (*σπονδαί*) parare, in quo cum eis agere liceret.

intellegimus, cur Athenienses nonnunquam claris verbis decreverint se nullum praeconem neque legatum alicuius rei publicae recipere velle[27]). Ita enim populus Atheniensium non solum sollemniter declarabat nullum intercedere commercii publici vinculum inter se et civitatem illam, sed etiam cavit, ne senatus more solito praeconem vel legationem introduceret eius populi, quocum agere ipsi nollent.

Iam de institutis quibusdam Atheniensium pauca monenda sunt, quibus factum est, ut saepe haud paucis demum post adventum diebus cum legatis ageretur, et de aliis, quibus aditus legationibus properari potuit. Eo magis hanc in rem inquirendum est, quoniam ei ipsi loci Demosthenis et Aeschinis tractandi sunt, ex quibus Hartelius nomen collegit, quod priori, quam statuit, contioni fuisse contendit. Certo Pollucis[28]) testimonio docemur unamquamque rem, antequam in senatu et in populo tractaretur, programmate palam proponendam fuisse. Aliorum etiam grammaticorum testimoniis[29]) docemur ex legibus hoc programma diebus quinque ante contionem habendam publici iuris faciendum fuisse a prytanibus. Item quinque diebus ante senatus conventum programma a prytanibus in vulgus edendum fuisse Gilbertus censet[30]); qui numerus quamquam pro certo confirmari nequit, res tamen ipsa vix addubitanda videtur. Eandem igitur rationem cum Athenienses etiam in legationibus introducendis secutos esse statuendum est, ad eam necessario referemus Demosthenis verba (XIX, 185): *ὑμῖν δὲ πρῶτον μὲν τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι περὶ πάντων καὶ προβουλεῦσαι δεῖ, καὶ τοῦθ' ὅταν ᾖ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προγεγραμμένον, οὐκ ἀεί, εἶτ' ἐκκλησίαν ποιῆσαι, καὶ ταύτην ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ*[31]). Apparet igitur inter adventum legatorum et contionem, in qua cum eis ageretur, tempus intercessisse nonnullorum dierum[32]). Mora etiam maior fuerit necesse est, si Hoeckius[33]) Pollucis locum notissimum secutus recte contendit in tertia tantum cuiusque prytaniae contione cum legationibus externis actum esse, neque prytanibus licuisse sine causis gravissimis contionem extra ordinem convocare. Ego quamquam non is sum, qui cum Reuschio[34])

---

[27]) Exempla v. s. § 3, n. 88. [28]) VIII, 95.

[29]) Locos cf. apud Reuschium: De diebus contionum ordinariarum apud Athenienses p. 61.

[30]) l. l. 1879 p. 234.

[31]) De explicando hoc loco cf. Weili: Les playdoyers politiques de Démosthène, ad l. l., cuius sententiam nuper etiam Reuschius (l. l. p. 81, 2) comprobavit. Quod Hartelius illud *προγεγραμμένον* ad *προχειροτονίαν*, quam sibi finxit, spectare putat, hoc suo arbitrio statuit, ipsis verbis sententia eius minime commendatur; cf. Gilbert, l. l. 1879, p. 233.

[32]) Cf. CIA IV, 27a vs. 12: *καὶ πρεσβείαν ἐλθοῦσαν προσάξω πρὸς βουλὴν καὶ δῆμον δέκα ἡμερῶν, ὅταν πρυτανεύω, κατὰ τὸ δυνατόν.*

[33]) l. l. p. 807.

[34]) l. l. p. 78 sq. — R. Pollucis doctrinam plane abicere ideo coactus est, quod, si unam fuisse contionem, quam *κυρίαν* dicerent Athenienses,

totam illam doctrinam Pollucis meras nugas esse existimem, concedendum tamen puto etiam Hoeckii argumento non magnam vim esse tribuendam; apparet enim, quamvis lege quadam vetere res

---

eamque arbitratu prytanum modo initio modo in fine prytaniae habitam esse recte statuit, intellegi non potest, quomodo Pollux, sicuti de re in contione illa *κυρίᾳ* tractata agere, ita ea, quae in contione ordinaria secunda, tertia, quarta tractari soleant, afferre possit. Equidem vero, qui ipse in eandem rem atque R. inquisiveram, antequam liber eius in lucem prodiit, ad plane aliam sententiam perveneram, quae mihi etiam libro illo perlecto minime abicienda videbatur. Cum enim statuat *κυρίαν*, in titulis commemoratam, esse unam singularem cuiusque prytaniae contionem, *ἐκκλησίας* contiones esse ordinarias, extraordinarias illas, quae in titulis *σύγκλητοι* significentur, huic sententiae haud parvae difficultates mihi obstare videntur. *σύγκλητος* enim *ἐκκλησία* in praescriptis decretorum omnino non ita usurpatum invenitur, ut pro termino quem dicimus technico esse possit in significandis contionibus extra ordinem habitis. Uno tantum in titulo (CIA II, 381) *σύγκλητος* invenitur additum ad vocem *ἐκκλησία*, etsi in ipso lapide non servatum, a viris tamen doctis recte, ut videtur, restitutum; praeterea legimus ibi etiam commemoratum nomen eius, qui contionem habendam rogavit. Duobus vero aliis in decretis (CIA II, 389, 434 cf. R. p. 36), ubi aeque contiones ex decretis factae commemorantur, quae igitur plane eiusdem generis esse debent atque contio decreti modo laudati, *σύγκλητος* non appositum est. In illo igitur decreto, ubi invenitur, non ex certa consuetudine dictum videtur, sed hac tantum de causa additum esse, ut ratio dicendi magis perspicua fieret (*ἐκκλησία σύγκλητος κατὰ ψήφισμα, ὃ ὁ δεῖνα εἶπε*; cf. etiam rationem, qua additum est CIA II, 439: *βουλὴ ἐμβουλευτηρίῳ σύνκλητος στρατηγῶν παραγγειλάντων*). Unum igitur discrimen, quod in significandis contionibus ex R. sententia ordinariis et extra ordinem habitis cognosci potest, potius hoc est, quod illae *ἐκκλησίαι* dicuntur, in his significandis adduntur rogatorum nomina, ex quorum sententia factae sunt. Iam mihi non solum dubium videtur, fueritne in unaquaque contione extra ordinem facienda locus rogatori cuidam, sed cum tituli, ubi rogator commemoratur, eiusdem omnes sint temporis, videtur hoc omnino non nisi ex temporum illorum, recentiorum quidem, consuetudine quadam factum esse, ut nomina adderentur rogatorum. Equidem igitur omnes contiones, quae *ἐκκλησίαι* in praescriptis audiunt, item atque unam, quae *ἐκκλησία σύγκλητος* dicitur, potius contiones extraordinarias quam ordinarias habendas esse censeo. Commendatur haec sententia non solum tota ratione, qua significantur contiones illae in titulis, sed etiam eo, quod scimus imprimis eis temporibus, ex quibus satis multa exempla contionum titulis confirmata habemus, tertii saeculi altera parte, contiones extra ordinem permultas esse habitas; cf. Aesch. II, 72: *πλείους δὲ ἐκκλησίας συγκλήτους ἠναγκάζεσθε ἐκκλησιάζειν — ἢ τὰς τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων*; Dem. XIX, 123: *ἐφοβοῦντο δὴ μὴ σύγκλητος ἐκκλησία γένοιτο ἐξαίφνης*; cf. etiam titulorum antiquiorum verba: *συνεχῶς δὲ ποεῖν τὰς ἐκκλησίας, ἕως ἂν διαπραχθῇ* (CIA I, 40 vs. 54; cf. 37 frgm. f—m. vs. 22 etc.). Quodsi R. miratur (p. 67), quod, sententia nostra si recte se haberet, numerus contionum extra ordinem habitarum, quae titulis confirmarentur, haud minor esset numero ordinariarum, haud minus mirandum est, quod secundum R. sententiam decreta trium contionum ordinariarum decreta unius *κυρίας* numero vix superant. — Sin autem contiones, quae in praescriptis *ἐκκλησίαι* dicuntur, extraordinarias putamus, facere non possumus, quin cum Schoemanno (De comit. p. 32 et. Ant. jur. p. Gr. p. 219) contendamus, antiquioribus tantum temporibus unam contionem *κυρίαν* esse dictam, eis vero temporibus, cum in praescriptis significatio generis contionis addi

in singulis contionibus tractandae constitutae essent, Athenienses hanc legem posterioribus temporibus sequi vix potuisse. Ut igitur morae, quae fieri possent, in legationibus admittendis evitarentur, videtur alia quaedam consuetudo lege constituta fuisse, qua cuique legationi in quaque contione aditus parari posset. Legimus enim Aesch. I, 48: *καὶ πῶς (ὁ νόμος) κελεύει τοὺς προέδρους χρηματίζειν; ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται, προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ ὁσίων καὶ κήρυξι καὶ πρεσβείαις καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται κτλ.* Hartelius *προχειροτονίαν* illam priorem suffragiorum lationem explicat de eis rebus factam esse, quae in quaque contione primae tractari solerent[35]). Rectissime vero Gilbertus monet[36]) ex ipsorum verborum ratione apparere seiungendam esse illam *προχειροτονίαν* ab ipsa tractatione rerum contioni destinatarum, quae incipiat a verbis *τίς ἀγορεύειν βούλεται*, neque igitur in eam quadrare vim vocabuli, quam H. ipse in universum statuit.

---

soleret, hanc vocem in omnes quattuor ordinarias translatam esse. Haec sententia mihi quidem testimoniis veterum haud minus bene confirmari posse videtur, quam R. (v. locos ab eo accurate in unum congestos p. 49sqq. et 62sq.). Eo minus vero dubitari potest contiones *κυρίας* esse quattuor ordinarias cuiusque prytaniae, quoniam equidem ex exemplis earum titulis confirmatis statuendum censeo etsi non plane certos quosdam dies, quibus contiones illae semper habitae essent, in usu fuisse, certa tamen intervalla inter quattuor illas contiones in universum observata esse; inveni enim temporibus decem phylarum contiones ordinarias illas habitas esse circa diem XI., XXI., XXXI., ultimum uniuscuiusque prytaniae, quae quidem res etiam vestigiis quibusdam testimoniorum ex scriptoribus depromptorum indicari videtur; temporibus vero duodecim phylarum prima contio ordinaria videtur item atque antiquioribus temporibus circa diem XI. prytaniae habita esse, tres ceterae in fine spatiorum, quae efficiuntur, si tempus prytaniae reliquum in aequas tres partes dividimus, circa diem igitur XVII., XXIII., ultimum prytaniae. Quomodo tali norma, quam statuendam censemus, Athenienses uti potuerint, nunc demonstrare non possumus. Unum hoc satis confirmatum esse confido hac via, quam ingressus est R., Pollucis testimonium non posse infringi. Quod equidem, qui plane alias contiones ordinarias inveni quam R., etiam concedam necesse est, non omnia exempla harum contionum convenire cum Pollucis doctrina, ex hac re non statim concludendum censeo Pollucis ordinem rerum in contionibus ordinariis tractandarum esse fictam (etiam R. frustra conatus est omnia exempla contionis *κυρίας* cum Aristotelis doctrina congruentia demonstrare p. 72), sed omnino non mirandum censeo eiusmodi normam antiquam posterioribus temporibus non accurate esse observatam.

[35]) Reuschius ex loco Aeschinis allato de rebus sacris et legationibus initio uniuscuiusque contionis tractatum esse ea ratione colligere vult (l. l. p. 79, n. 1), quam Hartelius (Stud. etc. p. 177) summo iure reiecit, scilicet ut *προχειροτονεῖν* idem valere censeat atque *προχρηματίζειν*. — De rebus quidem sacris primo loco tractatum esse in contionibus Atheniensium certe scimus. Hoc Gilbertus (l. l. 1880, p. 531) negare non debebat; *ἱερὰ* enim in titulis commemorata nullo modo ad ceremonias, quae contionem antecedebant, referri possunt.

[36]) l. l. 1879 p. 240 et 1880 p. 530sq. (cf. Hoeck l. l. p. 810).

Gilberti vero ipsius sententiam, qui in verbo προχειροτονεῖν l. l. explicando provocat ad Harpocrationis definitionem[37]), Hoeckius summo iure reicit, cum dubium esse non possit προχειροτονίαν fuisse rem quandam legatis et sacris proprio modo constitutam, et plane me consentientem habet in eo, quod προχειροτονίαν nihil aliud fuisse statuit nisi rationem, qua res illae gravissimae ad sacra et res externas spectantes properari possent. Cum enim contio quaedam rebus illis constituta non esset[38]), potuit tamen senatus ex populo quaerere, liceretne nihilominus de eis in contione illa senatus quoddam consultum proponere.

Licet igitur senatui, postquam dies rei, quae tractari debebat, proscribendae ex legibus constituti transierunt aut permissum ei est legationem, quae modo advenisset, statim populo praebere, legatos in populum introducere (προσάγειν)[39]), ut ille quoque cum eis agere (χρηματίζειν)[40]) possit. Nonnunquam etiam senatus in

---

[37]) Si προχειροτονίαν non cum Hartelio explicamus, concedendum quidem est non unam eandemque vim vocis προχειροτονία, tanquam termini quem dicimus technici, in omnibus exemplis statui posse. Neque vero hoc mirandum est in vocabulo, quod ex etymologica ratione significationem satis generalem habere potest. Propterea in eam rem inquirere supersedere possumus, rectane sit Harpocrationis definitio, quam Gilbertus (l. l. 1879, p. 238 sq.) et Hoeckius (l. l. p. 809) defenderunt, possitne προχειροτονία in ostracismo facta idem valere atque προτέρα χειροτονία, ut censet Gilbertus (l. l. 1879, p. 239): Hartelii sententia etiam hisce locis, ubi προχειροτονία commemoratur, firmari minime potest.

[38]) Cum scilicet legatio quaedam post programma constitutum advenisset. — Utrum licuerit senatui legationi cuidam contionem extraordinariam destinare, an, ut hoc facere posset, necessarium fuerit populi sententiam antea audire, in dubio relinquendum videtur, quoniam omnino de auctoritate senatus, quam in contionibus faciendis habebat, haud satis certa scimus.

[39]) Formulam decretorum, qua legatos senatus introducere iubetur, cognoscere licet ex vestigiis senatus decretorum, quae in populi decreta recepta sunt: cf. περὶ ὧν οἱ πρέσβεις — λέγουσιν — προσαγαγεῖν: CIA II, 51, 54 (cf. § 2, n. 13), 66; 17 b (περὶ ὧν λέγουσιν οἱ Χαλκιδῆς). — II, 49 addita est expressa mentio senatus (περὶ ὧν λέγουσιν ἐν τῇ βουλῇ) et causa, cur introducendi sint (ὅπως δ' ἂν πραχθῇ ὧν δέονται). — In decreto de Colophoniorum legatione facto (CIA II, 253) ampliore dicendi ratione ea ipsa, quae Colophonii fecerunt et de quibus ante senatum dictum est, exponuntur, dein sequitur προσαγαγεῖν κτλ. — Formulam eandem fere atque de legatis etiam de aliis hominibus in contionem introducendis usurpatam habemus in titulis; cf. Hartel (Stud. etc. p. 167 sqq.), qui omnes hasce formulas accurate pertractavit.

[40]) Hoc etiam in titulis haud raro expressis verbis commemoratur: χρηματίσαι cf. CIA II, 51 (χρηματίζειν περὶ ὧν λέγουσιν), 66 (χρηματίσαι περὶ ὧν ἀπαγγέλλουσι), 253, 254 (χρ. περὶ τούτων), 415. — Singularis est ratio tituli CIA II, 1 b vs. 13, ubi legimus προσαγαγεῖν δὲ τὴν πρεσβείαν τῶν Σαμίων ἐς τὸν δῆμον χρηματίσασθαι ἐάν του δέωνται. Cum habeamus hoc loco medium verbi χρηματίζειν et additum illud ἐάν του δέωνται, quod idem inveniatur in proxeniae decretis (cf. Schubert, de proxenia Attica, p. 33), ubi conceditur πρόσοδος πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον ἐάν του δέωνται, dubitatio nulla esse potest, quin haec verba intellegenda sint de honore quodam legatis illis concesso, ita ut ad populum adire eis liceat,

eo ipso decreto, quo legatos introducendos esse decernit, eos laudat[41]). Nullum quod exemplum invenimus legationis a senatu solo auditae[42]) nemini mirum videbitur. Nimirum ne illud quidem licuisse sibi sumere senatui statuendum est, ut legationem, postquam eam audivisset, statim remitteret[43]).

In contione legati rem, de qua missi sunt, ipsi denuo exponunt; quare fit, ut populus pariter atque senatus in responso eis dato soleat provocare ad ipsorum verba[44]). Postquam legati ea, quae nuntianda erant, omnia in contione tractaverunt, recedere ex ea debebant, ut populus de responso dando deliberare et in suffragia ire posset[45]). Responsum, de quo dando Athenienses inter se

---

cum pro se ipsis impetrare aliquid velint. Hartelii igitur explicandi rationem (Stud. etc. p. 209) comprobare non possum.

[41]) CIA II, 49: *περὶ ὧν λέγουσιν ἐν τῇ βουλῇ οἱ πρέσβεις —, ἐπαινέσαι μὲν τοὺς πρέσβεις —, ὅτι εἰσὶ ἄνδρες ἀγαθοὶ περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καὶ τοὺς συμμάχους καὶ νῦν καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ· ὅπως δ' ἂν πραχθῇ ὧν δέονται προσαγαγεῖν αὐτοὺς ἐς τὸν δῆμον κτλ.*

[42]) Fortasse e Xen. Hell. VI, 4, 20, cum de senatu solo sermo sit, concludendum est praeconem illum post pugnam Leuctricam a Thebanis Athenas missum statim a senatu remissum esse. Certe tota haec res tam singularis est, ut facilius intellegatur, quomodo senatus Atheniensium audere potuerit praeconem illum remittere.

[43]) Cf. Dem. XVIII, 28: *εἰ δὲ βουλεύων ἐγὼ προσάγειν τοὺς πρέσβεις ᾤμην δεῖν, τοῦτό μοι διαβάλλει. ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; μὴ προσάγειν γράψαι τοὺς ἐπὶ τοῦθ' ἥκοντας, ἵν' ὑμῖν διαλεχθῶσιν;* Quibus verbis Demosthenes rem minime exspectandam significat, si quam legationem senatus introducendam esse non decerneret; cf. Hoeck l. l. p. 807.

[44]) *περὶ* (sive *ὑπὲρ*) *ὧν λέγουσιν οἱ πρέσβεις*: cf. CIA II, 58, 108, 109, 117 (*περὶ ὧν οἱ Τενέδιοι λ.*), 164, 238, (*ὑπὲρ ὧν κτλ.*), Mitth. II, 197. — Rationem peculiarem exhibet titulus *Ἀθ.* VI, p. 152, ubi, cum agatur de legatione principum duorum (v. § 3, n. 54 et 56), non solum ad legatorum verba provocatur, sed ante omnia ad litteras per legatos illos apportatas. — CIA II, 323 ea exponuntur ipsa, quae Aetoli decreverunt, et pergitur: *καὶ περὶ τούτων τὸ κοινὸν τὸ τῶν Αἰτωλῶν καὶ ὁ στρατηγὸς Χαρίξενος ἀπεστάλκασι πρὸς τὸν δῆμον πρεσβείαν τὴν διαλεξομένην κτλ.* — Plane rationi dicendi posteriorum temporum, quam ex aliarum Graecarum civitatum decretis cognoscere possumus, accommodata sunt, quae legimus CIA II, 332: Provocatur primo ad amicitiam Lacedaemoniorum erga Athenienses et pergitur (vs. 27): *καὶ πρέσβεις ἀπὸ τῶν συνέδρων ἀπεστάλκασιν πρὸς τὸν δῆμον· καὶ οἱ παραγεγονότες παρ' αὐτῶν ἐμφανίζουσιν τὴν — φιλοτιμίαν ἣν ἔχουσιν κτλ.*

[45]) Hartelius (Dem. Stud. II, p. 451, n. 1) provocat bene ad Dem. XIX, 144; quid e Xen. Hell. VI, 5, 49 (typothetae errore scriptum est V, 1, 49) concludi possit, equidem non video; cf. etiam Plut. Arist. X: *τῶν πρέσβεων ἀκούσαντες κτλ.* — *Ταῦτα γράψας Ἀρ. καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς τὴν ἐκκλησίαν παραγαγὼν κτλ.* (v. n. 39). — Aliarum civitatum Graecarum eandem consuetudinem fuisse statim hoc loco indicare liceat. Quod ad Lacedaemonios attinet, Hartelius bene comparat Thuc. I, 79, 1: *μεταστησάμενοι πάντας ἐβουλεύοντο κατὰ σφᾶς αὐτοὺς περὶ τῶν παρόντων.* Cf. Thuc. V, 111, 5: quibus ex verbis concludi potest communem Graecis hanc fuisse consuetudinem, cum ipsi Athenienses Meliorum magistratus iuberent ex conventu recedere. — Cf. etiam legatos apud Philippum (Aesch. II, 35: *μεταστῆναι ἡμᾶς ὁ κῆρυξ ἐκέλευεν*) et apud

convenerant[46]), legatis recitabatur[47]). Magnum inimicitiae testimonium erat, cum legatis nullum omnino daretur responsum[48]).

Fieri potuisse quamquam concedimus, ut nonnunquam legati, imprimis cum ageretur de rebus gravioribus, bis vel etiam compluries in contionem vocarentur, nullo tamen modo confirmari potest, id quod voluit Hartelius[49]), certam fuisse consuetudinem Atheniensium de foederibus faciendis duas habendi contiones.

Ut legati Athenis primum senatum, ita in aliis civitatibus consilia publica, quae ibi erant, seu magistratus quosdam adire debebant. Sed pauca tantum indicare liceat et ea imprimis, quae ex titulis cognosci possint, de re, quae latius patet, quam ut accurate eam pertractare possimus. Antequam ipsa actio cum legatis fieret, legatos necesse erat magistratibus quibusdam certis sive, ut suspicari licet, hominibus ex senatu delectis, qui cum prytanibus Atheniensium comparari possunt, scripta tradere, quae apportavissent[50]).

Alexandrum Magnum (Curt. IV, 11, 10: A. legatis excedere tabernaculo iussis, quid placeret, ad consilium refert; cf. 16: Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit etc.).

[46]) Unus civis Atheniensis hoc responsum componebat, ut aliam quamque rogationem: Plut. Ar. X: *Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρέσβεων ἀκούσαντες Ἀριστείδου ψήφισμα γράψαντος ἀπεκρίναντο θαυμαστὴν ἀπόκρισιν.*

[47]) Dem. VII, 19: *ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ καὶ οἱ πρέσβεις οἱ παρ' ἐκείνου ἥκοντες ὑμῖν διελέγοντο καὶ τὸ ψήφισμα ἐγράφη, ὥστ' οὐχ οἷόν τέ ἐστι παραχρῆμα τῶν λόγων εἰρημένων καὶ εὐθὺς τοῦ ψηφίσματος ἐπαναγιγνωσκομένου τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων, ταύτην ὑμᾶς χειροτονῆσαι·* — (20) *καὶ οἱ μὲν πρέσβεις αὐτοί, ὧν κατεψεύδετο τὸ ψήφισμα, ὅτ' ἀπεκρίνεσθε αὐτοῖς ἀναγιγνώσκοντες καὶ ἐπὶ ξένια αὐτοὺς ἐκαλεῖτε, οὐκ ἐτόλμησαν παρελθεῖν κτλ.*

[48]) Xen. Hell. VI, 4, 20.

[49]) H. (Dem. Stud. II, p. 446; cf. etiam Lenzium l. l. p. 62 sq.) in verbis decreti sociorum: *προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τὸν νόμον* referendum esse censet *κατὰ τὸν νόμον* ad *ἐκκλησίας δύο*; nihil vero impedit, quominus *κατὰ τὸν νόμον* referamus ad solum verbum *προγράψαι*. Quodsi H. ad firmandam suam sententiam comparat Thuc. I, 44, 1, hoc exemplo nihil demonstrari potest; vel eo, quod *γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας* additum est, videtur singulare quoddam premi. Gilbertus (l. l. 1879, p. 237 et 1880, p. 531) rectissime ad exempla contionum aliarum (Thuc. V, 45, 4 et Xen. Hell. VII, 1, 1 sqq.) provocat, quibuscum Hartelii sententia stare omnino nequit.

[50]) In decreto artificum Ionicorum (L. V, 281) iubentur legati tradere Iasensium *προστάταις* decretum; in civitatis ignotae decreto (CIG II, 2167 c) legatus constituitur, qui apud Methymnaeos *τῷ πρυτάνει* tradat decretum; Pol. XXVII, 4, 3 Rhodiorum *ἄρχοντες* commemorantur, quae vox nimirum sensu plane generali usurpata est (De epimeleta apud Delios adeundo v. n. 59). — Cf. etiam Corr. hell. V, 383 vs. 3: *οἳ καὶ ἀποδόντες τὸ ψάφισμα καὶ ἐπελθόντες ποτὶ τὰν ἐκκλησίαν διέλεγεν* et alia exempla rationis dicendi minus distinctae § 3, n. 30; de decreto honorario tradendo (v. § 3, p. 43 sqq.) cf. e. gr. Corr. hell. V, 211 vs. 12: *ὅστις ἀφικόμενος εἰς Κῶ τόδε τὸ ψήφισμα ἀποδώσει καὶ παρακαλέσει αὐτοὺς κτλ.* Decreta a legatis tradita commemorantur etiam in titulis illis notissimis urbium Cretensium, neque vero accurate exprimitur hoc factum esse, antequam legati agere coepissent. Formula est: *οἳ* (*καὶ* vel *οἱ δὲ*)

Postquam scripta tradiderunt, fieri potuit, ut post nonnullos demum dies cum eis ageretur[51]).

In nonnullis civitatibus item atque apud Athenienses adeundus[52]) erat senatus[53]), in aliis magistratus quidam: apud Lacedaemonios ephori[54]), in civitatibus Cretensibus cosmi[55]), apud

---

ἐπελθόντες ἐπὶ τὸ κοινὸν — τό τε ψάφισμα ἀπέδωκαν καὶ αὐτοὶ διέλεγεν κτλ. [cf. L. V, 67 (CIG 3058), 70 (3048), 72, 74, 80 (3052)] sive *οἳ καὶ ἐπελθόντες ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν καὶ τὸ ψάφισμα ἀποδόντες* (vel *τό τε ψ. ἀπέδωκαν καὶ αὐτοὶ*) *διέλεγεν* [cf. L. V, 64, 65 (3050), 78]. Nimirum non concludendum erit legatos in contione demum primum proposuisse decretum, sed suspicari licet etiam in civitatibus illis Cretensibus statim legatos magistratibus quibusdam decreta tradere debuisse. Paullo aliter legitur L. V, 75 (cf. 83): *Παραγενόμενοι — τό τε ψ. ἀπέδωκαν κτλ.*, dein *διελέγησαν δὲ κτλ.*; cf. etiam L. V, 66 (3049) et 62 (3054), de quo titulo egimus § 3, n. 50.

51) Cf. Pol. XXVII, 4, 3: *εἰς δὲ τὴν Ῥόδον καὶ πρεσβευτὰς συναπέστειλεν, οἳ καὶ παραγενηθέντες τὰ γεγραμμένα τοῖς ἄρχουσιν ἀπέδωκαν καὶ μετά τινας ἡμέρας ἐπελθόντες ἐπὶ τὴν βουλὴν παρεκάλουν τοὺς Ῥοδίους.* Cogitari potest hoc ex moribus Rhodiorum factum esse, quod legati illi non statim senatum adierunt.

52) *ἐπέρχεσθαι* est verbum in titulis de accessu qui fit legatorum ad senatum vel populum semper usurpatum: CIG II, 2167c (cf. Conze, Lesbos Tab. X, 2), 2270 vs. 31, 3067 vs. 39, L. V, 251 vs. 12, 281, Mitth. VI, 96—97 II vs. 2, CIA II, 592 (cleruchorum Atticorum d.); imprimis v. decreta urbium Cretensium: L. V, 63 (3051), 64, 65 (3050; Boeckhius minus accurate dederat *παρελθόντες*), 67 (3058), 68 (3056), 70 (3048), 71 (3047), 72, 73, 74, 77, 78, 80 (3052). — Invenitur nimirum idem verbum etiam de aliis hominibus, qui senatum vel populum adeunt, usurpatum: cf. L. V, 394; Vischer, Epigr. u. arch. Beitr. aus Griech. no: 30 (L. II, 194a); Schliemann, Troi. Alt. p. 13 etc. — Apud scriptores de legatorum aditu varia habemus composita verbi *ἔρχεσθαι*: *ἐπέρχεσθαι* saepissime, etiam apud Thucydidem (cf. Classen ad I, 72, 2); apud Polybium habemus *παρελθεῖν* (XVIII, 48, 6; XXII, 10, 5, etc.), *προελθεῖν* (XXII, 12, 2), *εἰσελθεῖν* (XXII, 15, 2) etc.

53) Ipsis decretis iubentur legati *βουλὴν καὶ δῆμον* adire apud Iasenses (L. V, 281) et Methymnaeos (CIG II, 2167c) et Delios (CIG II, 3067: *ἐπελθόντες ἐπὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν βουλήν.* — Populus propterea fortasse priore loco et senatus post eum commemoratus est, quod populus, cum in universum ageretur de imagine civi cuidam exstruenda, nihil debebat facere nisi declarare, ut imago statui posset, senatus vero deinde de ratione, qua imago exstruenda esset, denuo et solus quidem cum legatis agebat). — Adisse legatos quosdam *τὰν βουλὰν καὶ τὰν ἐκκλησίαν* in responso Rhodiorum (L. V, 251 vs. 13) claris verbis confirmatur; de senatu apud Rhodios adeundo cf. Pol. XXVII, 4, 3 (v. n. 51), XXIX, 11, 1. — Apud Massilienses senatus, quem legati quidam adierunt, dicitur *ἑξακόσιοι* (Mitth. VI, 96—97 II vs. 3).

54) Negari non potest cum legatis externis agendi ab initio proprium munus fuisse senatus Lacedaemoniorum, omnibus vero temporibus, quorum accuratiorem cognitionem habemus, legatos ab ephoris primis auditos esse videmus; intellegere igitur non possum, quo iure Gabriel (De magistratibus Lacedaemoniorum p. 35) contenderit: „Legatos aliarum gentium cum senatu agentes deprehendimus.“

55) In plerisque titulis Cretensibus, quibus responsa continentur legationibus Teiorum data, nihil dicitur nisi adisse legatos *τὸ κοινόν* (nonnunquam etiam sola contio commemoratur, quam adierint legati, nimi-

Smyrnaeos strategi[56]), apud Thessalos, ut videtur, tagi[57]). Auctoritatem, quam habuerint in variis civitatibus senatus vel magistratus quidam agendi cum legationibus, variam existimare licet. Apud Lacedaemonios videmus ephoros nonnunquam solos cum legatis agere[58]), ita ut statuendum videatur aliquamdiu quidem ex sententia ephororum pependisse, utrum legationem aliquam introducere in contionem vellent, necne. In civitatibus eis, in quibus summa rerum apud paucos erat, senatus vel magistratus, qui primus cum legatis agere debet, magnam fuisse potestatem apparet; itaque videmus in eiusmodi civitatibus legationes saepe non in contionem introductos esse[59]), quamvis ipsae postulassent[60]). Singularem manifestum est fuisse rationem cum legatis agendi in societatibus civitatum, quales posterioribus temporibus in Graecia florebant.

rum ut res praecipua v. s. n. 51). Quidnam illud *κοινὸν* fuerit, apparet ex L. V, 77: *οἱ ἐπελθόντες ἐπὶ τὸς κόσμος καὶ τὰν ἐκκλησίαν διελέγησαν.* — Cosmis locum fuisse agendi cum legationibus etiam ex eo cognoscitur, quod non solum in praescripti formula eorum solet mentio fieri (*Ἔδοξεν — τοῖς κόσμοις καὶ τᾷ πόλει*, sed etiam in responsi proprii formula nonnunquam legitur *δεδόχθαι* (vel *ἔδοξεν*) — *τοῖς κόσμοις καὶ τᾷ πόλει* (cf. L. V, 62, 63, 65, 71, 73, 77, 78, 81); etiam in litteris publice emittendis eorum una cum populo mentio fit (Corr. hell. VI, p. 460 vs. 9: *Ϝαξίων κόσμοι καὶ ἁ πόλις Αἰτωλῶν συνέδροις κτλ.*; cf. L. V, 62, 64, 66, 75). — In eo, quod *κόσμοι* illi cum legatis agere debent, bene comparantur cum ephoris Lacedaemoniorum (cf. autem in universum Hermanni Antiqu. § 21, 15).

[56]) CIG II, 3137, vs. 20: *καὶ ἀπεστάλκασιν πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτὰς — ἐπαχθέντες δὲ καὶ οἱ πρεσβευταὶ πρὸς τὸν δῆμον.* Apparet illam introductionem (*ἐπάγειν*) per strategos factam esse, ex quorum sententia totum decretum factum est.

[57]) Litteras quidem publicas apud Thessalos imprimis ad tagos missas esse videmus: Mitth. VII, p. 60—61 (Beil. 1—3) vs. 2: *Φιλίπποι τοῖ βασιλεῖος ἐπιστολὰν ἀπυστέλλαντος ποττὸς ταγὸς καὶ τὰν πόλιν τὰν ὑπογεγραμμέναν· Βασιλεὺς Φ. Λαρισαίων τοῖς ταγοῖς καὶ τῇ πόλει χαίρειν*, cf. ibd. vs. 11, 23, 26.

[58]) Ephori soli legatos audire videntur: Herod. IX, 7—11; Xen. Hell. III, 2, 12; cf. exemplum posteriorum temporum (Pol. IV, 34, 5sq.), ubi ephori Machatae legato contionem convocare nolunt. Plerumque legati etiam in contionem admittuntur: cf. Thuc. I, 67, 3 (*ξύλλογος ὁ εἰωθώς*) et I, 119 (*ξύνοδος*); contionantes commemorantur: Xen. Hell. II, 2, 19; 4, 38 (*οἱ ἔκκλητοι*); V, 2, 11; VI, 3, 3 (*οἱ ἔκκλητοι*). — Quodsi ephori legationem Atheniensium aliquando inauditam remiserunt (Xen. Hell. II, 2, 13), suspicari licet eos hac de re singulari quadam auctoritate instructos fuisse.

[59]) Cf. Her. VII, 147sq., ubi legati cum solo senatu Argivorum agunt. — Apud Massilienses legati omnino *ἑξακοσίους* (v. n. 53) tantum adisse videntur (Mitth. VI, 96—97 II, vs. 2: *ἐπελθὼν ἐπὶ τοὺς ἑξακοσίους παρεστήσατο αὐτούς*). — Cf. Cretensium legationem *ἐπιμελητὴν* tantum Deliorum adeuntem (Corr. hell. III, 292 vs. 16 et 49), cui omnino non proprio legatorum modo agendum est.

[60]) Apud Argivos (Thuc. V, 61, 1, quo quidem loco non proprii legati commemorantur, praetores tamen, qui legatorum modo cum populo agere volunt; v. § 2, p. 28), Mantineenses (Xen. Hell. VI, 5, 4), Melios (Thuc. V, 84, 3: legati cum *ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς ὀλίγοις* solis agunt).

Apud Achaeos legatis primum praetor adeundus erat[61]); ille convocabat[62]) damiurgos, qui una cum eo societati praeerant et propterea et soli et una cum praetore voce generali *ἄρχοντες* etc. significantur[63]). *Ἄρχοντες* illi contionem Achaeorum convocare poterant, quae legatos audiret; sed apparet eis necessario maiorem auctoritatem concessam fuisse cum legatis agendi, quam plerisque magistratibus civitatum parvarum, quoniam non de unaquaque re contio convocari potuit[64]). Apud Aetolos legatis cum strategis et illo conventu hominum ex singulis Aetoliae civitatibus creatorum agendum erat, qui dici solebant *ἀπόκλητοι*[65]); quorum praesides *σύνεδροι*[66]) esse videntur[67]).

Peculiari ratione agendi Messeniae veteres reges usi esse dicuntur, scilicet ut legati, postquam rem exposuerint, domum remitterentur et tum demum populus a regibus convocaretur, ut de eis, quae legati apportassent, deliberaret[68]).

De ipsa actione legatorum solet in titulis praeter Atticos fere omnibus, in quibus ea expressa voce commemoratur, usurpari verbum *διαλέγεσθαι*[69]). Nimirum omnes fere hi tituli illius sunt

---

[61]) Cf. Paus. VII, 13, 4: *Δίαιος — ἀποστείλαντι αὖθις Μετέλλῳ πρέσβεις ὡμολόγησε κτλ.*

[62]) Cf. Pol. XXII, 13, 2: *καὶ συναγαγόντος Ἀρισταίνου τοῦ στρατηγοῦ τὰς ἀρχὰς εἰς τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν κτλ.*

[63]) Cf. Hermann, Antiqu. § 186, 13.

[64]) Legati in contionem introducti esse videntur imprimis tum, cum vel contiones convocatae adessent: Pol. XXVIII, 7, 3: *τοῦ δὲ Ἀττάλου πέμψαντος πρεσβευτὰς καὶ παραγενομένων τούτων εἰς τὴν πρώτην ἀγοράν*, Pol. XXXVIII, 10, 2: *οἱ καὶ συνηγμένων τῶν Ἀχαιῶν εἰς Κόρινθον, κατὰ τύχην ἐλθόντες εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ παραχθέντες εἰς τὰ πλήθη κτλ.* — Videmus Achaeorum magistratus vel ad legem quandam provocare (Pol. XXII, 13, 11sq.; 16, 6; Paus. VII, 9, 1) ex qua sibi non liceat legato Romanorum contionem facere nisi scripta quaedam a senatu Romanorum apportaverit. — De ratione illius contionis convocandae cf. Paus. VII, 14, 3.

[65]) Pol. XXI, 5, 2.

[66]) Cf. Corr. hell. VI, p. 460 vs. 9: *Ϝαξίων οἱ κόσμοι καὶ ἁ πόλις Αἰτωλῶν συνέδροις καὶ τῷ στραταγῷ καὶ τῷ ἱππάρχᾳ χαίρειν.*

[67]) Pol. XX, 1: *τριάκοντα τῶν ἀποκλήτων προεχειρίσαντο τοὺς συνεδρεύσοντας μετὰ τοῦ βασιλέως.*

[68]) Paus. IV, 5, 2: *οἱ δὲ τῶν Μεσσηνίων βασιλεῖς τοῖς μὲν πρέσβεσιν ἀπεκρίναντο, ὅτι βουλευσάμενοι μετὰ τοῦ δήμου τὰ δόξαντα ἐπιστελοῦσιν ἐς Σπάρτην, αὐτοὶ δὲ, ἐκείνων ἀπελθόντων, ἐς ἐκκλησίαν τοὺς πολίτας συνῆγον.*

[69]) CIG II, 2670, 3137 vs. 21 et 25; L. V, 251 vs. 14, 381; Mitth. I, 337b vs. 4; Annali 1852, p. 139; Arch. Ztg. 1859, p. 112*; 1876 tit. el. no: 16A vs. 8, 14; Wood, Discoveries at Ephesus, Temple of D. no: 7 vs. 5; Conze, Lesbos, Tab. XII B vs. 35 (cf. p. 37); Wescher et Foucart, Inscriptions de Delphes, no: 471 (videtur enim de legatis sermo esse); Mnemos. I, p. 114 (no: III); Corr. hell. IV, 473B vs. 8, V, 383 vs. 4, VI, 171; Mitth. VI, 96—97 II vs. 30 (cf. idem verbum de theoris in patriam reversis, qui legationem renuntiant, usurpatum: Corr. hell. VI, 214 vs. 6); v. praeterea decreta urbium Cretensium inter se simillima: L. V, 64 (3055), 65 (3050),

aetatis, qua formulas easdem in decretis civitatum multarum in usum venisse videmus, temporum scilicet post Alexandrum Magnum mortuum; item ea verba saepe occurrunt, quibus exprimatur postulasse quaedam legatos, velut *παρακαλεῖν*[70]), *ἀξιοῦν*[71]), similia[72]).

Responsa[73]) legatis data solent in titulis ita composita esse, ut primo exponatur, quaenam legati postulaverint, deinde ipsum responsum sequatur, quod incipit a verbis *δεδόχθαι ἀποκρίνασθαι* vel a simili formula dicendi[74]). Nonnunquam in hac formula claris verbis additum est, cuinam responsum detur, ita ut aut ipsa civitas,

---

67 (3058), 70 (3048), 71 (3047), 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80 (3052), 82 (3057), 83. — In titulis Atticis habemus verbum simplex *λέγειν* (v. s. n. 39 et 44); in decretis temporum demum satis recentium verbum *διαλέγεσθαι* eodem modo usurpatum invenitur ab Atheniensibus, atque in ceterarum civitatum decretis; cf. CIA II, 323. Saepius vero iam apud oratores Demosthenicae aetatis legitur; cf. Dem. VII, 19, XVIII, 28, XIX, 304, Aesch. II, 12, 18, 103.

[70]) CIG II, 2167c (Conze, Lesbos X, 2), 3137 vs. 26, 3595 extr., L. V, 251 vs. 7, 281, 381 (*διαλεγόμενοι παρεκάλουν*), L. V, 62 (3054), 63 (3051), 71 (3047), 73, 80 (3052), 84, 87; Mitth. I, 337b vs. 4 (*διελέγη παρακαλῶν*), VI, 96—97 I vs. 20 et II vs. 30; Mnem. I, p. 114 no: III; Corr. hell. III, 466 vs. 15, IV, 48sqq. vs. 40, V, 211 vs. 14, 383 vs. 6; Arch. Ztg. 1876, tit. el. no. 16A vs. 23 et B vs. 33. — L. V, 65 (3050), 75, 76, 84, Mitth. III, p. 140, 2 verbum *παρακαλεῖν* non de legatis quidem usurpatur, de ipso vero populo, qui quaedam per legatos postulavit. — *παρακαλεῖν* de rege per legatos postulante legitur Corr. hell. V, 372 vs. 7.

[71]) CIG II, 3067 vs. 39, 3640 vs. 33, Mitth. VI, 96—97 I vs. 20, Arch. Ztg. 1859, p. 112* (*διελέγοντο ἀξιῶντες*). — De ipso populo, qui legatos miserit, legitur: Corr. hell. IV, 472B vs. 3, V, 211 vs. 33 (*καθ' ἃ ἀξιοῦντι*).

[72]) Iam observatum est magnam similitudinem intercedere inter rationem dicendi, quae cognoscitur ex decretis Polybii fere temporibus compositis, et ipsam Polybianam. Nuper hanc in rem inquisiverunt Jerusalem (Stud. Vind. I, p. 32) et Kaelker (De elocutione Polybiana. Stud. Lips. III, p. 298). J. quidem in hac re non satis recte fecisse videtur, quod titulos paucos ipsius Polybianae aetatis contulit; lingua enim illa, quam dicit „Kanzleisprache", iam inde ab Alexandri Magni temporibus in decretis in usum venire coepit. Liceat hoc loco etiam verbi cuiusdam singulari modo de actionibus cum legatis factis et in titulis et apud Polybium usurpati mentionem facere. Habemus enim in rescripto Antiochi regis, qui appellabatur *Θεός*, verbum *συλλαλεῖν* de ambabus partibus inter se agentibus dictum (ex Curtii quidem coniectura: Monatsber. d. berl. Ak. 1875, p. 554 vs. 34), in Smyrnaeorum decreto de sola legatorum actione (CIG II, 3137 vs. 23), apud Polybium vero eodem modo dictum invenitur *λαλεῖν* (XIV, 6, 11; XVIII, 43, 11) et *λαλιά* (XXI, 4, 14).

[73]) *ἀπόκριμα Ἀδραμυτηνῶν* CIG II, 2349b vs. 23 eiusmodi responso superscriptum est; nonnunquam invenitur *ψήφισμα παρά*: cf. L. V, 251 (2679), CIG II, 3656. V., quae de responsorum formis exposuimus § 3, p. 41sq.

[74]) *δεδόχθαι — ἀποκρίνασθαι* vel *ἀποκρίνασθαι*: L. V, 63 (3051), 65 (3050), 76. — *ἀπόκρισιν δόμεν*: Arch. Ztg. 1876, tit. el. no. 16A vs. 15. V. nn. sqq.

quae legatos miserat[75]), aut legati[76]) aut et legati et civitas commemorentur[77]). Potuit nonnunquam fieri, ut legatis nullum daretur responsum[78]), aut legati ipsi declararent se certum responsum accipere nolle[79]), qua quidem ex re apparet formas commercii publici posterioribus temporibus ad magnam perfectionem pervenisse.

Totam rationem Graecorum cum legatis agendi considerantibus nobis concedendum est eam valde diversam esse a nostrorum temporum consuetudine; cum enim apud nos omnes res, quae inter civitates intercedunt, tecte tractentur, Graeci de legationibus non aliter nisi coram omnibns agere solebant. Hanc rationem nonnunquam etiam Graecis minus aptam visam esse non mirabimur; contra usum igitur solitum nonnunquam alia utebantur, cum necessarium videretur rem aliquam secreto tractari. Videmus Argivos suadentibus Corinthiis magistratus quosdam singulari auctoritate instruere, quibuscum aliarum civitatum legati de societate facienda agant[80]). Simili modo Lacedaemoniorum legati obtinere volebant, ut Athenienses *συνέδρους* constituerent, quibuscum, non cum toto populo, sibi singula pertractare liceret[81]), quam quidem rationem

---

[75]) *ἀποκρίνασθαι τῷ δάμῳ τῷ Τηΐων*: L. V, 70 (3048), 74; *ἀποκρίνασθαι Τηΐοις*: L. V, 62 (3054), 63 (3051), 64 (3055), 71 (3047), 73, 75, 77, 78; cf. *δεδόχθαι ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς* (Corr. hell. V, 211 vs. 29, L. V, 251 vs. 16, nisi verba ad legatos referenda). Cf. etiam titulum Atticum: CIA IV, 27a vs. 47: *περὶ δὲ τῶν ὁμήρων ἀποκρίνασθαι Χαλκιδεῦσιν.*

[76]) *ἀποκρίνασθαι τοῖς πρεσβευταῖς*: L. V, 72; *ἀποκριθῆμεν τοῖς πρεσβευταῖς*: CIG I, 1193 vs. 5. — Comparandi sunt etiam tituli Attici: CIA II, 52c vs. 40: *ἀποκρίνασθαι δὲ τοῖς πρέσβεσιν*; II, 86 vs. 4: *καὶ ἀποκρίνασθαι τῷ ἥκοντι·κτλ.*; *Ἀθ.* VI, p. 152 (Rh. Mus. XXXIII, p. 418) vs. 11: *ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς* (potest vero hoc loco illud *αὐτοῖς* etiam ad eos referri, qui legatos miserunt).

[77]) L. V, 80 (3052): *ἀποκρίνασθαι τοῖς πρεσβευταῖς τῶν Τηΐων καὶ τᾷ πόλει.*

[78]) Pol. IV, 34, 1: *ἀναποκρίτους ἀπέστειλαν.*

[79]) Cf. Pol. XXVII, 4, 3: *οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντήνορα τὴν μὲν ἀπόκρισιν οὐκ ἔλαβον, τὴν δὲ λοιπὴν φιλανθρωπίαν ἀποδεξάμενοι τὴν Ῥοδίων ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Μακεδονίαν*; cf. etiam legatum Romanorum nolentem *ἀπόκρισιν* accipere: Pol. XXII, 13, 13.

[80]) Thuc. V, 27, 2: *Κορίνθιοι δὲ ἐς Ἄργος τραπόμενοι πρῶτον λόγους ποιοῦνται πρός τινας τῶν ἐν τέλει ὄντων Ἀργείων — ἀποδεῖξαι δὲ ἄνδρας ὀλίγους ἀρχὴν αὐτοκράτορας καὶ μὴ πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι, τοῦ μὴ καταφανεῖς γίγνεσθαι τοὺς μὴ πείσαντας τὸ πλῆθος* et i. 28, 1: *ἐψηφίσαντο Ἀργεῖοι καὶ ἄνδρας εἵλοντο δώδεκα, πρὸς οὓς τὸν βουλόμενον τῶν Ἑλλήνων ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι πλὴν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων.*

[81]) Thuc. IV, 22, 1: *ξυνέδρους δὲ σφίσιν ἐκέλευον ἑλέσθαι, οἵτινες λέγοντες καὶ ἀκούοντες περὶ ἑκάστου ξυμβήσονται κατὰ ἡσυχίαν ὅ τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους.* Causa, qua commoti Lacedaemonii eiusmodi rationem agendi praeferendam esse censebant, erat, quod difficillimum eis videbatur cum toto populo, Cleonis praeterea orationibus excitato, de multis singulis rebus convenire; cf. ad hanc rationem Plut. Dion. XXX: *ἥκειν τινὰς εἰς τὴν ἀκρόπολιν τῶν Συρακουσίων, οἷς τὰ μὲν πείθων, τὰ δὲ πειθόμενος διαλέξεται περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων.*

agendi Athenienses utpote a moribus suis nimis abhorrentem refutaverunt[82]).

Ceterum addendum est etiam in conventibus dierum festorum celebrandorum causa convocatis nonnunquam legatos prodisse[83]).

Munera, quae legatis praeter ipsam actionem cum senatu et populo civitatis, ad quam erant missi, exsequenda nonnunquam erant, maxime varia esse poterant. Gravissimum erat iura iuranda dandi vel accipiendi[84]). Praeterea eis apportanda erant ea, quae civibus aliarum rerum publicarum honoris causa concedebantur, velut coronae aureae[85]), ξένια[86]), alia[87]); vel hasce res comparandas legatis commissas videmus[88]); inscribenda sunt ipsis decreta in honorem peregrinorum composita in eorum patriis[89]) vel etiam in eis urbibus, in quas homines ad dies festos celebrandos ex universa Graecia convenire solebant[90]); ibi nonnunquam decreta etiam de foederibus facta aliisque rebus gravioribus statuenda curare iussi erant[91]). Mittebantur, qui sacris, quasi testes, inter-

---

[82]) Neque igitur hoc soli Cleoni crimini dare possum, quod Athenienses hoc modo agere nolebant, ut Egger fecit, qui dicit (l. l. p. 47): „Grâce aux efforts de Cléon cette équitable demande fut repoussée."

[83]) Thuc. III, 8: *Μυτιληναίων πρέσβεις, ὡς αὐτοῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶπον Ὀλυμπίαζε παρεῖναι, ὅπως καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀκούσαντες βουλεύσωνται, ἀφικνοῦνται εἰς τὴν Ὀλυμπίαν· — καὶ ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἑορτὴν κατέστησαν ἐς λόγους, εἶπον τοιάδε* (cf. Romanorum legatos: Pol. XVIII, 47, 1). Comparari possunt ea, quae fecerunt non legati quidem, iudices tamen publice missi (CIG II, 2152b vs. 8): *ἀνενεώσαντο δὲ καὶ ἐν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ ἐν πανηγύρει τὰ καθεστῶτα ταῖς πόλεσιν πρὸς ἀλλήλους συνγενικὰ δίκαια.*

[84]) De legatorum muneribus, quae fuerint in iuribus iurandis dandis et accipiendis nunc tacere liceat, quoniam de iure iurando, quod est in commercio inter civitates Graecas publico, seorsum disserere in animo est.

[85]) CIA II, 51 (v. § 3, n. 66), 251, 311 vs. 34sqq.; Monatsber. d. berl. Ak. 1875, p. 554, ut innumerabiles legationes alias omittamus ad reges missas, quae coronas aureas traderent (de Alexandro Magno v. Diod. XVII, 24, 3; 48, 6; 49, 3; 113, 1; Arr. VII, 19, 1; 23, 2 etc.).

[86]) Monatsber. l. n. 85 l. vs. 5: *τὸ χρυσίον τὸ εἰς τὰ ξένια.*

[87]) Pecunias a regibus collectas domum reportant: Corr. hell. V, 157 vs. 12: *ἀπέστειλε τᾶ πόλει εἰς μὲν τὰν τῶν παίδων διδασκαλίαν ἀργυρίου δραχμὰς Ἀλεξανδρείους κτλ.* Mitth. V, 268 vs. 7: *τὰ παρ' Ἀντιγόνου, ἃ ἐκόμισεν κτλ.*

[88]) CIA II, 251 vs. 27: *τῆς δὲ ποιήσεως τοῦ στεφάνου καὶ τῆς εἰκόνος ἐπιμεληθῆναι τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει μετὰ τῶν αἱρεθέντων πρέσβεων.*

[89]) Cf. Corr. hell. IV, 48sqq. vs. 42: *συγχωρῆσαι τοῖς πρεσβευταῖς ἀναστῆσαι στήλην λευκοῦ λίθου ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ, ἐν ᾗ ἀναγραφήσεται τόδε τὸ ψήφισμα.* — Nonnunquam non ipsi legati iubentur columnam statuere, sed a civitate, cuius civis honorandus est, petere tantum debent, ut illa ipsa columnam statuat; cf. L. V, 87 vs. 39.

[90]) Curtius, Anecd. Delph. 68 (Rangabé, Ant. Hell. no: 737) vs. 9: *ὅπως δὲ καὶ τόδε τὸ ψήφισμα καὶ ὁ στέφανος ἀναγραφήσεται εἰς στήλην καὶ ἀνατεθήσεται ἐν Δελφοῖς ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐπιμεληθήτωσαν οἱ πρεσβευταὶ — καὶ ἐπιγραψάτωσαν κτλ.*; cf. ibd. 69.

[91]) Corr. hell. III, 292 vs. 16: *ἀποστηλάντων — πρειγείαν καὶ γράμματα*

essent[92]), ipsi sacrificia facerent[93]), alia quoque munera varia exsequerentur.

Postquam a legatione redierunt, legatis in patria renuntiandum erat de legatione perfecta. Hac de re paucissima dicere licet. Primo quidem senatum vel magistratum quendam adibant item atque legati externi, dein in populum prodibant. Apud Athenienses videmus nonnunquam quidem omnes legatos, qui una legationem obierant, ad senatum vel populum locutos esse[94]). Unam rem renuntiationis illius propriam premere liceat: legati non solum de eis rebus dicebant, ad quas perficiendas missi erant, sed etiam de aliis, de quibus in legationibus suis certiores facti sunt; imprimis solebant referre[95]) de hominibus, qui se in legatione exsequenda adiuvissent vel omnino de re publica bene meriti essent[96]).

ἐν ἁμέραις τριάκοντα, ὥστε στᾶσαι στάλαν ἐς ἂν ἀναγραφησεῖ τὰ δεδογμένα et vs. 25: *εἰ δέ κα παργενήται ὁ πρειγευτὰς ὁ ἀπεσταλμένος ὑπὸ τῶν Κνωσίων ἐς Δᾶλον, κύριος ἔστω ἀγγράφων ἐς τὰν αὐτὰν στάλαν τὸ κρίμα*; v. vs. 44sqq. — Cf. Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 16 A.

92) CIG II, 2166 vs. 41: legati ad Alexandrum M. mittendi debent interesse sacris ad reconciliandas duas civitatis partes susceptis (v. s. § 1, p. 10); CIG II, 3595 vs. 21 et 29 iubentur legati, ad regem quendam missi, interesse sacris die eius natali factis.

93) CIA II, 593 (Add. Corr.) vs. 12: cleruchorum quorundam legati Athenis sacra facere debent.

94) Aesch. II, 47sqq. — Turrettinius (l. l. p. 40) ex hac Aeschinis narratione miro modo concludit solitos esse Athenienses semper, ut quisque maior esset aetate, de legatione renuntiare. — Paullo plenius de legationibus renuntiantibus egit Heysius (p. 47sqq.), qui argumentis haud satis firmis demonstrare vult in senatu unum ex legatis, in populo omnes loqui esse solitos.

95) Verba sunt: *ἀναγγέλλειν*: CIG I, 1693; II, 2267, 2355; III, 5491; L. IV, 1765 (Ἐφ. ἀρχ. 1843 post p. 637 Tab. I no: V); Corr. hell. VIII, p. 440; *ἀγγέλλειν*: CIG II, 2353 (L. IV, 1766); *ἀπαγγέλλειν*: CIA II, 50, 191, Conze, Hauser, Niemann, Samothrake 1875 (I) no: 6, p. 40. — Haud raro videmus alios quoque cives adire senatum vel populum, ut de hominibus peregrinis de civitate bene meritis referant (*ἀποφαίνειν*), ut praetores Atheniensium: CIA II, 50 (ex coni.), 55; cf. ibd. 171. — L. IV, 1845 (*ἀγγέλλειν*); Ἐφ. ἀρχ. 1843 post p. 637 Tab. I no: VII (*ἀναγγέλλειν*); Schliemann, Troi. Alterth. p. 13 (*φάναι*) etc.

96) Nonnunquam homines adiutores legationum claris verbis significantur: Corr. hell. V, p. 71sqq. vs. 42: *ταῖς δὲ πρεσβείαις ταῖς ἀποστελλομέναις ὑπὸ τοῦ δάμου συνεργῶν εἰς πᾶν τὸ συμφέρον Χερσονασίταις κτλ.* Multo saepius generali modo de meritis illorum hominum exponitur, quae tamen haud raro in legationibus adiutis constitisse putabimus; cf. Mitth. V, p. 329: *ἐμ παντὶ καιρῷ — παρέσχετο χρείας τοῖς ἀφικνουμένοις τῶν πολιτῶν εἰς Τάραντα*; Mitth. V, p. 327 no: 13 vs. 6: *εὔνους ἐστὶν κοινεῖ τε τῷ δήμῳ καὶ καθ' ἰδίαν τοῖς ἀφικνουμένοις τῶν πολιτῶν εἴς τε Ἀλεξάνδρειαν καὶ Κυρήνην, ἀγαθοῦ τινος ἀεὶ παραίτιος γενόμενος ἑκάστῳ αὐτῶν, καὶ περὶ τούτων αὐτῷ πλείους ἀπομεμαρτυρήκασιν*, similia permulta.

§ 9.

De legatis publico hospitio receptis.

Duplicem in modum hospitium publicum praeberi poterat. Deversorium legatis praebebatur apud proxenum et ad dapes a civitate exstructas vocabantur[1]).

Pauca illa, quae de legatis a proxenis receptis statui possunt, iam Meier, vir doctissimus, in unum contulit[2]). Quanta publica auctoritate proxeni hac in re usi sint, definiri non potest, praesertim cum de hac re ex titulis nihil cognosci possit[3]). Sed

---

§ 9. [1]) Non magnopere mirabimur de Huellmanni (Anfänge der griech. Gesch. p. 151 sqq.) sententia haud probanda, qui rem ita comparatam esse putat, ut in civitatibus, ubi, velut Athenis, cenae prytanum adhuc in usu essent, legati cotidie ad cenam publicam vocarentur, in aliis vero publice alerentur praesidente proxeno eius civitatis, cuius ipsi essent. Neque vero Preuner (Hestia-Vesta p. 101 sq.) nobis rectum sensisse videtur, qui ex eo, quod scimus proxenis Spartae curam legatorum commissam esse neque proxenos una cum rege cenasse audimus, concludendum esse putaret legatos apud Lacedaemonios omnino non ad dapes publicas, cenam scilicet regum, vocatos esse.

[2]) De proxenia sive de publico Graecorum hospitio p. 24.— Cf. ibi etiam duo illa alia, quae proxeni legatis praeterea praestare solebant: introducebant eos in senatum et contionem et curabant, ut eis locus in theatro pararetur (v. i. § 10, n. 52).

[3]) Hoc eo magis premendum est, quod in titulis saepe homines designantur, qui theoros recipere debent (*θεωροδόκων κατάστασις*; cf. Corr. hell. V, 372 vs. 27). Hoc negotium, quod theorodoci illi habebant, theororum recipiendorum satis certo modo demonstrari potest apud Aetolos (Corr. hell. V, 372 vs. 23: *τοῖς δε θεωροῖς τοῖς ἐπαγγελλόντοις τοὺς ἀγῶνας τῶν Νικαφορίων καταστᾶσαι τὰς πόλεις ἑκάστας θεωροδόκους τῶν ἰδίων πολιτᾶν καὶ ἀνενεγκεῖν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἀπὸ τᾶν πολίων τῷ στραταγῷ ἢ προξένῳ ἐν τὰ Πύθια*), Delphos (Corr. hell. V, 383 vs. 13: *ἑλέσθαι δὲ καὶ θεωροδόκον κτλ.*), Eleos (Arch. Ztg. 1876, tit. el. no. 4 vs. 9: *τάν τε τῶ πατρὸϱ θεαροδοκίαν διαδέδεκται καὶ ὑποδέχεται τοὶϱ θεαροὶϱ, ὁμοίωϱ δὲ καὶ τοῖϱ λοιποῖϱ τοῖϱ παρ' ἁμέων τὰν πᾶσαν χρείαν ἐκτενέωϱ καὶ ἀπροφασίστωϱ παρέχεται*), Hermionenses (CIG I, 1193 vs. 14: *καταστᾶσαι δὲ καὶ θεαροδόκον, ὅστις ὑποδέξεται παραγινομένους τοὺς συνθύτας ἐπὶ τὰν θυσίαν τῶν παρ' ἅμμι* (?) *Χθονείων*). — Omnino theorodoci inveniuntur vel theorodocia, una cum proxenia, commemoratur imprimis in decretis Delphorum: Rangabé, l. l. 720 (Anecd. Delph. no: 64; Rh. Mus. II, 1842 p. 116) (*πάτριον προξενίαν καὶ θεαροδοκίαν*); Wescher, l. l. no: 17, 465 (Annali 1861, p. 73 sq.), 473; Corr. hell. V, 402 no: 10, 403 no: 12; Mitth. V, 203 ex coni.; nonnunquam adduntur nomina certorum dierum festorum (*θεωροδοκία τῶν τε Πυθίων καὶ Σωτηρίων*): CIG I, 1693 vs. 17 (*κατασταθεὶς ἐπὶ τὰν θ. κτλ.*); Wescher n. 452 (Corr. hell. V, 402); *θεωροδόκον τῶν Πυθίων καὶ Σωτηρίων*: Wescher no: 13; cf. etiam Elyriorum Cretensium decretum in honorem Delphorum quorundam compositum: Rev. arch. N. S. XIV, p. 398. Praeterea theorodocia invenitur apud Delios (CIG II, 2329 vs. 8 in Teniorum d.: *ἀναδέδεκται δὲ καὶ τὴν θ. τῶν Δηλίων*), Argivos (L. V, 1730a = Arch. Ztg. 1855 p. 39: *θ. τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου καὶ τῆς Ἥρας τῆς Ἀργείας*). In decreto Doricae

videtur de consuetudine potius cogitandum esse plus minusve observata, quam de instituto quodam publico. Eorum tantum proxenorum, quos reges Lacedaemoniorum creabant, officia videntur accuratius definita fuisse; sed ea ad illos imprimis homines recipiendos pertinuisse verisimile est, qui ad dies festos celebrandos Spartam convenire solebant[4]).

Ipsae civitates suam erga legatos externos hospitalitatem ita praestabant, ut eos ad dapes publicas invitarent. Cenis vero illis in aedificio quodam publico, quod plerumque *πρυτανεῖον* dicitur[5]), factis hominem duplicem in modum adesse potuisse notissimum est; aut enim una cum magistratibus quotidie in prytaneo alebatur, aut in unum aliquem diem invitabatur. Perpetuus ille victus civibus de re publica bene meritis concessus a re nostra alienus est[6]); in alterum vero genus victus illius accuratius nobis inquirendum est, quoniam hac in re legatos ab aliis non segregandos esse apparet. Ei, qui ad cenas singulas vocantur, possunt esse aut civitatis ipsius, quae eos invitat, aut alterius. Apud Athenienses videbimus[7]) saepe etiam cives ad cenam vocari; de aliis rebus publicis in uno decreto Iasensium[8]) concessum habemus aditum in prytaneum civibus ipsorum, iudicibus quidem ex terra

---

cuiusdam civitatis theorodocis certum quoddam negotium committitur (CIG II, 2670 vs. 13: *ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι — μετὰ τῶν θεαροδόκων ὅπως — ἀναγραφῶντι*). Cf. etiam de theoris hospitio receptis: CIG II, 3521 et I, 1625 (L. III, 588) vs. 55sqq.

[4]) Cf. Hermann, Ant. Gr. § 24, 9; v. n. 3.

[5]) Cf. catalogum prytaneorum a Preunero (l. l. p. 102sqq.) compositum. — Aedificium illud, in quo homines publice vescuntur, dicitur *ἱεροθυτεῖον* apud Lindios (Rh. Mus. N. F. IV, 1845, p. 190, 192) et apud Carpathios (Corr. hell. VIII, 353), apud Cnidios (Newton, Halicarn., Cnidos and Branch. no: 52, cf. II, p. 766) et apud Nisyrios (Corr. hell. VII, 485) *δαμιόργιον*.

[6]) V. de hac re in universum Meieri Commentationem de vita Lycurgi et de orationum eius reliquiis (p. CIX), quae invenitur ante Kiesslingii: Lyc. deperditarum oratt. frgm., et de consuetudine Atheniensium: Schoell, Hermes VI, p. 29. — Invenimus omnino *σίτησιν ἐν πρυτανείῳ* in hisce praeter Atheniensium civitatibus: apud Parios (CIG II, 2376sq.), Nacrasitas (CIG II, 3521), Pergamenos (*Μουσ. κ. βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχ. ἐν Σμύρνῃ, περ.* II, *ἔτος* I, 1875/6, p. 22 vs. 34), Erythraeos (ibd. *περ.* II, *ἔτ.* II—III p. 58 no: 139), Aeginetas (Rangabé, 688 = CIG 2139b vs. 44; additum est *διὰ βίου*), Trallenses (Corr. hell. III, 466 vs. 7), Lindios (v. n. 5), Cnidios (v. n. 5; additum est *ἕως κα ζώῃ*), Nisyrios (v. n. 5). — Praeter dapes sacra nonnunquam una commemorantur: *Μουσ. κ. β. τῆς εὐαγγ. σχ. ἐν Σμύρνῃ, περ.* II, *ἔτ.* I, p. 132 vs. 32 (Nasiotarum): *δεδόσθαι δὲ καὶ σίτησιν ἐμ πρυτανείῳ καὶ ὅτακε ἁ πόλις ἱροποῆται μέρος διδόσθω Θερσίππῳ καὶ τῶν ἐκγόνων ἀῒ τῷ ἐγγυτάτῳ*, ut mihi verba fere legenda videntur. Cf. Annali 1861, p. 74: *ἔδωκαν δὲ καὶ πορεύεσθαι ἐν τὸ πρυτανεῖον ἐν τὰν θυσίαν τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐν τὰς λοιπὰς θυσίας, ἐν ἃς ἁ πόλις συτελεῖ πάσας*. Cf. Corr. hell. VII, 485.

[7]) i. p. 110.

[8]) CIG II, 2671 vs. 27; v. tamen cives nonnunquam quasi sodales hominum peregrinorum una cum illis in prytaneum vocatos (p. 110).

aliena reversis. Sed plerumque honor ille aliarum civitatum civibus concedebatur: legatis, theoris, iudicibus peregrinis, omnibus eis, quibus etiam proxenia decernebatur[9]).

Hosce igitur homines videmus saepe vocari in prytaneum[10]), ad *κοινὴν ἑστίαν*[11]), focum publicum sempiternum[12]), qui in unoquoque prytaneo fuisse putandus est, sive in invitandi formula expressis verbis praeter prytaneum commemoratur[13]), seu de prytaneo solo sermo est[14]), seu *κοινῆς ἑστίας* solius mentio fit[15]).

---

[9]) Ex numero exemplorum, quae nobis praesto sunt, referenda sunt ad legatos: CIG I, 1193 (decr. Hermionensium), II, 1837b (Phariorum), 3137 vs. 30 (Smyrnaeorum), L. V, 75 et 76 et 77 et Mnemos. I, p. 114 no: III (Cretensium), L. V, 251 vs. 27 et Pol. XXIX, 11, 6 (Rhodiorum), Arch. Ztg. 1876 tit. el. no: 16A (Eleorum), CIA II, 546 (Ceorum), Corr. hell. V, 211 vs. 34 (Coorum); ad theoros: Corr. hell. IV, 472B vs. 18 (Deliorum); ad iudices: CIG II, 2349b vs. 12 (Adramytenorum), 3598 vs. 16 (*σύνδικος* in decr. Iliensium), Rangabé no: 703 vs. 26 (Orchomeniorum), L. V, 87 vs. 31 (Bargylietarum), Corr. hell. VI, p. 238 (Delphorum), Mitth. VI, p. 304 Beil. I no: II vs. 20 (Magnetarum Thessaliae d.; nil servatum est nisi *καλέσαι δὲ*); ad alios, quibus proxenia datur: Vischer, Arch. u. epigr. Beitr. aus Griechenl. no: 30 = L. 194a (Lacedaemoniorum), Ulrichs, Reisen u. Forschungen in Gr. I, p. 67, n. 20 (Delphorum).

[10]) Cum Graeci peregrinos in prytaneum vocare soliti sint, optime intellegimus, cur etiam decreta in honorem peregrinorum composita nonnunquam in aula prytanei illius statuerint; cf. tit. Imbrium: Conze, Reise durch die Inseln des thrak. Meeres p. 88.

[11]) In decreto Attico (CIA II, 488 vs. 23) legimus *τὴν τῆς πόλεως ἑστίαν*, in alio, illo quidem non publice composito (CIA II, 605 vs. 10): *κοινὴν ἑστίαν τοῦ δήμου*; cf. tit. Cret. L. V, 77 ex coni.: *κοινὴν ἑστίαν τὰν ἁμῶν*. — De loco illius *κοινῆς ἑστίας*, qui fuerit Olympiae, certiora scimus (Paus. V, 15, 8): *ἔστι δὲ καὶ ἑστιατόριον Ἠλείοις, καὶ τοῦτο ἔστι μὲν ἐντὸς τοῦ πρυτανείου, τοῦ οἰκήματος τοῦ τῆς ἑστίας ἀπαντικρύ, τοὺς δὲ τὰ Ὀλύμπια νικῶντας ἑστιῶσιν ἐν τούτῳ τῷ οἰκήματι.* — Commemoratur *κοινὴ ἑστία* etiam: Paus. VIII, 9, 2; 53, 3. — In titulo Adramytenorum (CIG II, 2349b vs. 13) loco *κοινῆς ἑστίας* commemoratam habemus *βουλαίαν Ἑστίαν*, quam Athenis hanc in urbem venisse Preuner (l. l. p. 120) sine causa satis certa contendit. Commemoratur enim *Ἑστία Βουλαία* etiam in titulo Cnidio (Newton, Halic., Cnid. and Branch. no: 79: cf. II, p. 771), qui dedicationem deae illi a scriba senatus oblatam continet; Newtonius vero satis probabiliter existimat etiam apud Cnidios fuisse *ἑστίαν βουλαίαν* illam in aedificio, ubi epulae publicae fieri solerent, in damiorgio (v. n. 5).

[12]) Cf. Preuner, l. l. p. 112.

[13]) *εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν:* Ulrichs, R. u. F. I, p. 67, n. 20; Rangabé 703; L. V, 75, 77. — CIG II, 2349b (cf. n. 11); CIA II, 488 ex coni. (cf. n. 11), 605 (cf. n. 11).

[14]) CIG II, 1837b, 3137 vs. 30, 3598 vs. 17, L. V, 87 vs. 31 (v. n. 17), Mnemos. I, p. 114 no: III, Corr. hell. IV, 472B, V, 211, VIII, 353 (v. n. 5), CIG II, 2671 (v. n. 8) (L. V, 251 aliter est restituendum, atque viri docti fecerunt, v. n. sq.). — Praeterea omnes tituli Attici praeter n. 11 ll. comparandi sunt; item decretum Deliorum (Corr. hell. IV, 472B), quod plane habitum decretorum Atticorum habet et decreta Cea (CIA II, 546 vs. 2, 24, 34), quae quidem ab ipsis Atheniensibus inscripta sunt.

[15]) CIG I, 1193, L. V, 76, 251 vs. 27 (Cum enim vestigia in lapide servata exhibeant *ἐπ*, videtur potius *ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν* restituendum

Praeter locum, in quem vocantur legati, nonnunquam[16]) additur vocari eos ἐπὶ ξένια[17]) vel ἐπὶ ξενισμόν[18]), quod utrumque intellegendum esse de cena hospitali dubium esse non potest[19]). Has cenas nonnunquam cum sacrificiis coniunctas fuisse, ut alias cenas sollemnes apud Graecos, concludendum ex eo videtur, quod in titulo Phariorum[20]) legati iubentur accedere ἐπὶ τὰ ἱερὰ εἰς τὸ πρυτανεῖον[21]).

---

esse, quam cum Lebasio ἐπὶ τὸ πρυτανεῖον, quae formula nusquam praeterea legitur), Arch. Ztg. 1876, tit. el. no. 16 A; Corr. hell. VI, 238; Vischer l. l. no. 30 (L. II, 194a); Polyb. XXIX, 11, 6.

[16]) Nil praeter locum legitur: CIG I, 1193, II, 3598 vs 17; L. V, 251; Mnem. I, p. 114 no: III vs. 14; Arch. Ztg. 1876, tit. el. no. 16 A; Ulrichs R. u. F. I, p. 67, n. 20; Pol. XXIX, 11, 6 (cf. etiam CIG II, 2671, ubi ἐπὶ ξένια omnino addi non poterat, v. s. n. 8).

[17]) Vischer l. l. n. 30 (L. II, 194a); Rangabé 703; Corr. hell. IV, 472B, V, 211 vs. 34, VI, 238, VIII, 353 (v. n. 5); CIA II, 546 (v. n. 14); L. V, 75, 87 vs. 31 (formula est peculiaris: ἐπὶ ξένια ἐν τῷ πρυτανείῳ); cf. etiam Atheniensium decreta eorumque simillima Deliorum Ceorumque n. 14 allata; v. i. p. 110 sq. — Formam ξένια in elocutione ἐπὶ ξένια καλεῖν solam recte se habere nunc titulis satis confirmatum est (cf. etiam Cobet, Var. Lectt. p. 248); olim praeter hanc formam etiam duas alias scribebant viri docti, secuti codicum auctoritatem (Funkhähnel, Quaest. Demosth. p. 25).

[18]) CIG II, 2349 b (v. n. 11), 3137 vs. 31, L. V, 76, 77.

[19]) Possit aliquis suspicari ξένια etiam in locutione ἐπὶ ξένια καλεῖν vim communem habere, ut significet dona hospitalia (v. i. § 10, p. 112 sqq.); haec dona in prytaneo sollemniter data esse possit aliquis colligere ex verbis tit. Cret. (Mnem. I, p. 114 no: III): καλέσαι τε τὸς πρεσβευτὰς ἐς πρυτανήϊον καὶ δόμεν αὐτοῖς ξένια ἀργυρίω μνᾶν. Quominus autem hoc statuamus, non solum eo prohibemur, quod in aliis titulis (CIG I, 1193, Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 16 A) invitationem in prytaneum et ξενίων donationem ut res plane diversas segregatas invenimus, sed etiam apud scriptores verba ἐπὶ ξένια καλεῖν de invitatione ad cenam imprimis videntur intellegenda (Cf. Bähr ad Herodot. IV, 154 et Voemel: De locutione ἐπὶ ξένια καλεῖν p. 12). — Cf. rationem dicendi rariorem in Doricae civitatis decreto (*Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχ. ἐν Σμύρνῃ περ.* I 1873—75 p. 143 n. 62): ὥς τε ξενισθεῖεν ἐν τῷ πρυτανείῳ et (ibd. περ. II, ἔτος I, p. 55 no: 113): ξενισθέντος ὑπὸ τᾶς βουλᾶς καὶ τοῦ δάμου.

[20]) CIG II, 1837 b.

[21]) Cf. titulos n. 6. extr. ll. — Preuner (Hestia-Vesta p. 110 sqq.) titulo supra laudato utitur, ut firmet sententiam suam, qua putet prytaneum ab initio sacrificiis fuisse destinatum, non cenis illis publicis. Etsi autem titulo illo nihil efficitur, sententia ipsa Preuneri in universum recte se habere potest, confirmaturque eo, quod ipsum prytaneum videmus etiam ἱεροθυτεῖον dictum (n. 5). In eo vero, quod censet (p. 109, not. 1) apud Cretenses etiam demonstrari posse prytaneum, in quo, cum in Creta insula omnes cives una epulari solerent, cenas nullas habitas esse pro certo confirmari possit, manifesto erravit. Etiam in variis Cretensium civitatibus peregrinos in prytaneum quoddam vocatos esse quattuor ostenditur titulis (v. n. 9), qui Preunerum fugisse videntur. Difficultatem quidem, quae in eo est, quod Cretenses et in ἀνδρείῳ et in πρυτανείῳ epulatos esse videmus, certo quodam explicandi modo tollere non audeo. Suspicari aliquis possit πρυτανεῖον quodammodo coniunctum fuisse cum ἀνδρείῳ, ita ut principalis eius pars esset; fortasse haec sententia commendari potest verbis, quae legimus in foedere inter

Ei, qui iubentur peregrinos ad cenam vocare, modo magistratus sunt[22]), modo sacerdotes[23]), semper nimirum ei, qui cenis illis praeesse solent. Omnino in plerisque[24]) civitatibus Graecis omnes magistratus maioris momenti item ac senatum in prytaneo epulatos esse recte existimabimus[25]). Dies, ad quem peregrini ad cenam vocantur, nusquam fere solet significari in titulis nisi in Atticis[26]); suspicari tamen licet etiam in aliis civitatibus plerumque cogitandum esse de die sequente eum, quo decretum factum sit; hunc enim diem apud Athenienses decretum esse mox videbimus. Res singularis est, quod in Hermionensium[27]) decreto et in Phariorum[28]) magistratus legatos quosdam omnes dies, quos adsunt, ad cenam publicam vocare iubentur.

Olontios et Latios facto (CIG II, 2554 vs. 49): *εἴ κα κόσμος ἔλθῃ Λάτιος εἰς Ὀλόντα ἢ Ὀλόντιος ἐς Λατώι, τότε ἔς τε πρυτανήϊον καὶ ἀνδρήϊον ἐς πομπὰν ἑρπόντων.* Certe videntur apud Cretenses magistratus quodammodo seiuncti ab aliis civibus, qui in *ἀνδρείῳ* cenabant, in *πρυτανείῳ* epulati esse. — Statim hoc loco indicare liceat, quam pauca certe sciamus de alii cuiusdam populi Dorici in peregrinis ad cenam vocandis consuetudine qui, item ac Cretenses, omnes una epulari consueverant, Lacedaemoniorum. Posterioribus quidem temporibus videmus etiam apud illos peregrinos *ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν* vocatos (n. 9); quod vero ad tempora attinet, quibus regum imperium adhuc florebat, cautius erit artem nesciendi exercere. Preuner (l. l. p. 100 sqq.) contendit hisce temporibus homines peregrinos omnino non ad cenam quandam publicam vocatos esse. Causae vero, quibus sententiam suam firmare studet, nihil valere possunt. Collatis rebus Cretensium nihil confirmatur, quoniam omnino hasce aliter comparatas fuisse cognovimus, et ea causa, quam attulit, quod enim proxenis apud Lacedaemonios commissum esset peregrinos curare, iam satis refutata est (n. 1).

22) *ἄρχοντες* apud Eleos (Arch. Ztg. 1876, tit. el. no: 16 A) et Hermionenses CIG I, 1193), *πρυτάνεις* apud Pharios (CIG II, 1837 b ex Boeckhii coniectura).

23) *ἱεροθύται* apud Lacedaemonios (Vischer l. l. 30 = L. II, 194 a) et *ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς* apud Smyrnaeos ex B. sententia sacerdotes (CIG II, 3137 vs. 30).

24) Aliter res se habet in Atheniensium re publica; cf. Schoell, Hermes VI, p. 29.

25) Cf. L. V, 87 vs. 31, ubi certa mentio fit magistratuum, quibuscum una homo honoratus epulari iubetur (*καλέσαι δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξένια ἐν τῷ πρυτανείῳ καὶ μετεῖναι μετὰ τῆς συναρχίας*).

26) Praeter titulos Atticos (v. i. p. 111) commemoranda sunt decreta eorum simillima (v. n. 14): Ceorum (CIA II, 546, vs. 24) et Deliorum (Corr. hell. IV, 472 B), in quibus legitur *εἰς αὔριον*. In Ceorum quidem additamentum illud quoque homini Attico deberi, qui decretum exaravit, ex eo concludendum videtur, quod in duobus aliis simillimis deest (l. l. vs. 2 et vs. 34).

27) CIG I, 1193 vs. 32: *καλέσαι δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπὶ τὰν κοινὰν ἑστίαν τοὺς πρεσβευτὰς ὅσας κα ἁμέρας ἐπιδαμῶντι.*

28) CIG II, 1837 b: *καλεσάντων δὲ οἱ πρυτάνεις ἐπὶ τὰ ἱερὰ εἰς τὸ πρυτανεῖον τοὺς πρεσβευτὰς καὶ τὸν γραμματῆ καὶ ἑστιασάντων μετ' αὐτῶν ἄνδρας πάντας· ὁμοίως δὲ — τοὺς πρεσβευτὰς καὶ τὸν γραμματῆ παρὰ τὸν χρόνον πάντα, ἕως ἂν παρεπιδημῶσι, ἑστιάτω ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.* — Premendum est, quod duae invitationes accurate distinguuntur. Dubium videri possit, utrum cenae secundo loco commemoratae in prytaneo factae sint, an alibi; certe nonnisi cena primo loco decreta erat sollemnis.

In nonnullis rebus publicis factum esse videmus, ut una cum hominibus peregrinis ipsarum cives ad dapes illas sollemnes vocarentur. In Phariorum[29]) decreto etiam omnes cives una ad cenam vocantur, apud Biannios una cum legatis Teiorum proxeni eorum[30]); et hos quidem aptissime una cum legatis invitari manifestum est, quoniam cum illis legati amicitiae et consuetudinis vinculo coniuncti erant. In Iliensium decreto[31]) vocantur praeter *σύνδικον* quendam externum illi ad cenam, qui dicuntur *οἱ ἀγαγόντες εἰς τὸ δικαστήριον*, h. e. ei, ut suspicari licet, qui litem instruxerunt.

Uno quidem in titulo Adramytenorum etiam de pecuniis aliquid statuitur, quae necessariae erant ad cenam parandam[32]). Videntur, ut homo ille honoraretur, epulae quaedam magnificae esse exstructae, ad quas parandas pecuniae aliorum dierum cenis in prytaneo habitis destinatae non satis essent.

De Atheniensium prytaneo, quod adhuc consulto praetermisimus, ut hoc loco omnia, quae monenda viderentur, complecteremur, pauca iam addere liceat[33]).

Praeter eos, qui semper in prytaneo epulari solebant, singulis cenis interesse videmus et cives Athenienses et homines peregrinos. De illis ad meam provinciam id unum pertinet[34]), quod certus erat mos Atheniensium[35]) suos legatos redeuntes ad cenam publicam invitandi, ita ut hac in re et ipsorum et peregrini legati plane eodem modo honorarentur. Sed de utroque legatorum genere hoc statim loco disserendum videtur, ut titulorum rationem dicendi satis explanare possimus. Duas habemus formulas, quibus invitatio decernitur: *καλεῖν ἐπὶ δεῖπνον* et *καλεῖν ἐπὶ ξένια*. De civibus Atheniensibus illam solam usurpari posse manifestum est[36]).

---

[29]) v. n. 28. [30]) L. V. 77. [31]) CIG II, 3598 vs. 17.

[32]) CIG II, 2349b vs. 12: *κληθῆναι δὲ αὐτοὺς καὶ ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐπὶ τὴν βουλαίαν Ἑστίαν μερίσαντος Ἀρχέου τοῦ ταμίου εἰς τὴν ἐγδοχὴν αὐτῶν, ὅσον ἂν τῷ δήμῳ δόξῃ.* — Id, quod legimus in decreti Deliaci, Atticorum decretorum simillimi (Corr. hell. IV, p. 472 B) ultimis verbis, quae servata habemus, *τὸ δὲ ἀνάλωμα δοῦναι τὸν ταμίαν*, vix de impensis cenae in prytaneo habitae intellegendum esse videtur, quamquam prytanei commemoratio proxime procedit neque quidquam legitur, ad quod referri possit; cogitandum potius est de impensis decreti inscribendi in parte deperdita commemoratis. Idem valet de decreti Hermionensium verbis (CIG I, 1193 extr.): *τὸ δὲ ἀνάλωμα δότω εἰς ταῦτα Ἀπελλᾶς ὁ ταμίας*; possunt tamen ad cenam exstruendam referri.

[33]) De prytaneo Atheniensium egit Schoellius (Hermes VI, p. 29 sqq.), qui imprimis quaestiones ad aisitos spectantes accuratissime pertractavit.

[34]) Cf. Schoell, l. l. p. 40 sqq. et Meier l. l. n. 6, p. CV.

[35]) Dem. XIX, 31 et 234 (*τὸ νόμιμον ἔθος*).

[36]) Legati ipsorum Atheniensium invitantur: CIA II, 15b Add. N., 18 vs. 7 (v. § 5, n. 34), 52c vs. 25 et 33, 89, Mitth. II, 210 vs. 11; Aesch. II, 46, 53, 121, Dem. XIX, 31, 234. Cf. trierarchum (CIA II, 18 vs. 8) et praetorem (Mitth. II, 210 vs. 11) una cum legatis in prytaneum vocatos. Athenienses possunt etiam haberi, qui invitantur: CIA I, 49(?), II, 12, 30, 66b frgm. c (Pisianax), 84.

De peregrinorum autem invitatione utramque habemus: plerumque quidem *ἐπὶ ξένια καλεῖν*[37]), sed etiam satis frequenter[38]) *ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν*. Duabus hisce formulis etiam duas res diversas significari Meier, vir doctissimus[39]), ex titulo quodam concludendum censet, ubi princeps quidam *ἐπὶ δεῖπνον* vocatur, comites eius *ἐπὶ ξένια*[40]). Discrimen vero hoc statuendum putat, ut *ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν* significet ad cenam publicam invitare, *ἐπὶ ξένια καλεῖν* ad dona hospitalia in prytaneo accipienda vocare. Neque tamen haec sententia conciliari potest cum eis, quae de formulae *ἐπὶ ξένια καλεῖν* vi universa statuenda existimavimus[41]), sed vocabula utraque ad cenam publicam referenda esse videntur[42]). Haec sententia eo pro certa confirmatur, quod in uno titulo[43]) formulam pleniorem legimus: *ἐπὶ δεῖπνον εἰς πρυτανεῖον ἐπὶ ξένια εἰς αὔριον.*

Dies, in quem invitantur legati, solet significari formula semper fere addita *ἐς αὔριον.* Quod in antiquiore decreto[44]) invenitur *ἐς τὸν νομιζόμενον χρόνον*, ad eundem diem referendum esse suspicari licet. Singulari quadam de causa, quam ignoramus, vocatur homo Delius quidam uno in titulo *εἰς τρίτην ἡμέραν*[45]).

Recte Meier[46]) statuit semper populi decretum necessarium fuisse, quo aliquis in prytaneum invitaretur, neque senatui soli licuisse quenquam in prytaneum vocare[47]). Cum igitur hoc invi-

---

[37]) Legati peregrini invitantur *ἐπὶ ξένια*: CIA, I, 20, 41, 51 (cf. IV) vs. 26 et 42, 61a extr., 96 (cf. IV); II, 15b Add. N., 18 vs. 3, 19, 54 frgm. b vs. 6 et 31 (v. § 2, n. 13), 66b frgm. c vs. 5 et 10, 86, 88, 165, 166, 235, 286, 415, *Ἀθ.* VI, 152 (Rh. Mus. XXXIII, p. 418) vs. 52, Mitth. II, 138 frgm. d, 142 vs. 55 (v. § 2, n. 13), 197 vs. 37, 210 vs. 9, VII, 314 frgm. bc, Dem. VII, 20; *σύνεδροι*: CIA II, 52c vs. 26 et 28, Mitth. II, 210 (CIA II, 64); ei, qui proxeniam accipiunt: CIA II, 3, 38 vs. 4 et 17, 42, 45, 46, 68, 69, 150, Corr. hell. III, 473 vs. 14; alii peregrini: CIA I, 36 (valde dubia est formula alibi non usitata) 83, IV, 61a extr., II, 1b vs. 27 (v. § 2, n. 5) 43, 55, 98, 155, 174, 209, 225, Mitth. II, 142 vs. 53sqq. — Errato scribentis omissum videtur *ἐπὶ ξένια*: CIA II, 95.

[38]) Legati externi *ἐπὶ δεῖπνον* vocantur: CIA II, 1b vs. 15 et 18 (v. n. 40), 164 vs. 27; qui proxenia honorantur: CIA II, 131; alii peregrini: II, 18 vs. 11, 116, 131, 136, 181 frgm. b.

[39]) De diaetetis Atheniensium p. 52; etiam Heysius hanc sententiam suam fecit (p. 69sq.).

[40]) CIA II, 115 vs. 26: *καλέσαι δὲ Ἀρύββαν ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐς αὔριον· καλέσαι δὲ καὶ τοὺς μετ' Ἀρύββου ἥκοντας ἐπὶ ξένια εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐς αὔριον.* — Utrumque enuntiatum de variis hominibus peregrinis in eodem decreto usurpatum habemus: CIA II, 1b; cf. etiam CIA II, 18.

[41]) v. n. 19.

[42]) Variandi igitur sermonis causa in titulo a Meiero nimis ad verbum explicato *δεῖπνον* dictum est loco usitatioris locutionis *ξένια*. Observare vero licet, quod vel in decretis, ubi legati et ipsorum Atheniensium et peregrini in prytaneum una vocantur (CIA II, 15b Add. N. et Mitth. II, 210), modo accuratiore formula utriusque invitationis propria ponitur.

[43]) CIA II, 414.

[44]) CIA I, 20.

[45]) Corr. hell. III, p. 473 vs. 15.

[46]) l. l. n. 6 p. CIII.

[47]) Contrarium etiam ex Aristoph. Acharn. vs. 124 (*τὸν βασιλέως*

tandi ius proprium populi fuerit, haud nimis mirabimur, quod in additamentis populiscitorum subinde repetitum legimus invitandum esse hominem aliquem in prytaneum, quamquam hoc in ipso decreto, quod a senatu propositum populus sanxit, iam satis dictum erat[48]).

Quod ad legatos peregrinos ab Atheniensibus invitatos attinet, observatu dignum videtur omnes illos ab Atheniensibus ad dapes vocari solitos item atque omnes ipsorum, qui redierunt. Cum tamen hoc non fiebat, magnum inimicitiae habebatur testimonium[49]).

§ 10.
De aliis honoribus ac praemiis legatis concessis.

De eis, quae legatis publice dari solebant, disputaturis nobis hac una paragrapho comprehendere liceat honores a re publica, ad quam legati missi sunt, eis datos et illos, qui eis redeuntibus ab ipsorum civitate decernebantur. Totam vero hanc rem attingemus potius, quam accurate pertractabimus, quoniam plurimi illi honores minime legatorum sunt proprii, neque nobis licet in universam hanc rem inquirere[1]).

Quodsi civitates Graecas praeter Atheniensium consideramus, saepe legatis, ut etiam aliis hominibus peregrinis, quorum hac in re rationem habere necessarium videtur, dona hospitalia, quae Graeci ξένια[2]) dicere solent, decreta videmus. Legatis conceduntur ξένια in decretis nonnullarum urbium Cretensium[3]), praeterea in decreto Hermionensium[4]), Eleorum[5]), Cyzicenorum[6]), Minoetarum

---

ὀφθαλμὸν ἡ βουλὴ καλεῖ εἰς τὸ πρυτανεῖον) non concludendum censeo. Senatus enim ex populi decreto invitabat legatos, cum ei, ut in aliis civitatibus magistratibus quibusdam, (v. p. 109) hoc munus concessum fuisse videretur legatos sollemniter ad cenam vocandi.

48) CIA II, 1 b (bis), 38, 52 c vs. 25 et 33, 54 frgm. b. — Etiam Heysius (p. 63 n. 1) hanc nostram sententiam ferri posse concedit. Hartelius (Stud. üb. att. St. u. Urk. p. 211), qui unamquamque rem duabus in contionibus tractatam esse censet, invitationem dupliciter factam referendam esse ad duos dies diversos, quorum uterque contionem sequatur aliam existimat. — V. apud Hartelium l. l. exempla diversae rationis, qua in titulis invitatio ceteris rebus decretis addi soleat.

49) Xen. Hell. VI, 4, 20.

§ 10. 1) De publicis Atheniensium honoribus ac praemiis scripsit Westermannus. Lipsiae 1830.

2) Forma numeri singularis non invenitur nisi in Pholegandriorum decreto (Ross, Inscr. ined. no: 318).

3) Mnemos, I, p. 114 no: III vs. 15 (Hierapytniorum), Mnem. I, p. 123 no: VI = L. V, 69 (Apolloniatarum), L. V, 61 (Cnosiorum), L. V, 80 (3052) et 72 (Arcadum) (cf. CIA II, 547 vs. 14 decretum populi ignoti; sensus verborum non satis perspici potest: gloriari de se videtur populus ille: [ἐκ] τῶν προγόνων ξένια κατ' ἰδίαν ἐδίδομεν, cf. vs. sequ. πρεσγεύοντας δημοσίᾳ παρωφελῆσθαι).

4) CIG I, 1193 vs. 21.

5) Arch. Ztg. 1876 (XXXIV) tit. el. no: 16 A vs. 26.

6) CIG II, 3655 vs. 27.

in insula Amorgi habitantium[7]), Ephesiorum[8]), Delphorum[9]); theoris ξένια decernuntur apud Aetolos[10]), iudicibus peregrinis apud Magnetas Thessaliae[11]), Adramytenos[12]), Minoetas[13]), technitis apud Delios[14]), aliis hominibus peregrinis, eis potissimum, quibus proxenia datur, apud Eleos[15]), Lacedaemonios[16]), Pholegandrios[17]). Omnino hunc morem communem satis multis civitatibus Graecis recte existimabimus donorum hospitalium, quae apud omnes fere Graecos in commercio privato dari solebant, etiam in commercio publico decernendorum[18]). Ex formula vero, qua decernuntur ξένια, cognoscere licet in nonnullis rebus publicis pecuniae copiam, quae ξένια danda esset, ex legibus constitutam fuisse[19]); in aliis civitatibus etiam variae pecuniarum summae simul videntur legibus significatae fuisse, quae ξένια dari possent: in decretis enim Lacedaemoniorum[20]), Hermionensium[21]), Eleorum[22]), Delphorum[23]), Magnetarum Thessaliae[24]) danda commemorantur ξένια τὰ μέγιστα ἐκ τῶν νόμων. In Cyzicenorum decreto[25]) arbitrio magistratuum, qui pecunias illas solvere solebant, committitur, ut ξενίων magni-

---

[7]) Mitth. I, p. 337b vs. 19.
[8]) Wood, Discoveries at Ephesus, Temple of Diana, no: 7 extr. (cf. tit. plane similem, ibd. no. 4, in quo incertum est, fueritne homo ille honoratus legatus).
[9]) Corr. hell. V, 383 extr., cf. VI, 214 extr. (homines sacrificandi causa publice missi, qui neque πρεσβευταί neque θεωροί audiunt, v. § 1, n. 145).
[10]) Corr. hell. V, 372 vs. 26.
[11]) Mitth. VI, p. 304 Beil. I, no: I vs. 17 et no: II vs. 20.
[12]) CIG II, 2349b (L. IV, 1802) vs. 16.
[13]) CIG II, 2264l (Rangabé, no. 766).
[14]) Corr. hell. VI, p. 7 vs. 18, v. i. n. 38.
[15]) Arch. Ztg. 1876 (XXXIII) tit. el. no. 4 vs. 29.
[16]) CIG I, 1331 (is, qui ξένια accipit, est homo Romanus).
[17]) Ross, Inscr. ined. 318.
[18]) Cf. etiam Philippum, regem Macedoniae, legatis ξένια, ut ipse dicit, dantem: Dem. XIX, 167. — Atheniensium morem alium v. i. n. 53. — Romani idem vocabulum ξένια in decretis Graece compositis in usum receperunt, quo significent munera, quae legatis dare solebant; cf. CIG II, 2905, 7 G; Corr. hell. VI, 364B vs. 32 etc.
[19]) τὰ ἐκ τοῦ νόμου: CIG II, 2349b vs. 16 (v. n. 12); L. V, 61 (v. n. 3); Ross, Inscr. ined. 318 (v. n. 2 et 17); τὰ ἐκ τῶν νόμων: L. V, 80 (3052) (v. n. 3); τὰ ἐν τῷ νόμῳ: L. V, 72 (v. n. 3). — Mnemos. I, p. 123, no: VI = L. V, 69 (v. n. 3) videtur scriptum fuisse: καθὼς καθέσταται. — Etiam facilius intellegitur, quomodo certa pecuniae copia eis legationibus, quae quotannis venire solebant, constituta esse possit: Corr. hell. V, 372 vs. 26 (v. n. 10): διδόμεν δὲ — ρον καὶ ξένια ὅσα καὶ τοῖς τὰ Ὀλύμπια ἐπαγγελλόντοις θεωροῖς δίδοντι.
[20]) v. n. 16. [21]) v. n. 4.
[22]) v. n. 5 et 15. [23]) Corr. hell. V, 383 extr.
[24]) Mitth. VI, p. 304 Beil. I, no: I vs. 17: δοθῆναι δὲ καὶ ξένια ἑκάστῳ αὐτῶν τὰ μέγιστα ἐκ τῶν κ —. Ultima littera si certa est, formula dicendi hoc loco paullo diversa esset ab usitata.
[25]) v. n. 6.

tudinem statuant[26]). Certam pecuniae summam, et quinquaginta quidem drachmas, constitutam habemus dandam iudicibus quibusdam peregrinis in Minoetarum decreto[27]), eandem in alio eiusdem civitatis, legato cuidam Antiochi regis praebendam[28]), eandem etiam dandam unicuique iudicum peregrinorum in Magnetarum decreto[29]); in Hierapytniorum[30]) duobus legatis mina argenti conceditur. Is, qui debet praebere[31]) pecunias[32]), est quaestor, *ταμίας*[33]) sive *οἰκονόμος*[34]); in Cyzicenorum decreto[35]) praeter quaestorem etiam magistratus prytanum commemoratur, in Minoetarum[36]) ratio pecuniae persolvendae haec statuitur, ut strategi, scilicet summi magistratus, ipsi pecunias solvere iubeantur, quaestores eas parare[37]). Certae quaedam copiae eis xeniis provisae fuisse videntur, qui solverentur *τεχνίταις*, apud Delios[38]).

---

[26]) *πέμψαι δὲ καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς τοὺς πρυτάνεις καὶ τὸν ταμίαν, καθότι ἂν δοκῇ αὐτοῖς.*

[27]) v. n. 13. — Hae quidem pecuniae non solum pro dono hospitali esse debent, sed dantur etiam ad sacrificium quoddam faciendum, quod iudices rebus bene gestis, ut suspicari licet, sacrificare solebant.

[28]) v. n. 7: *δοῦναι δὲ αὐτῷ καὶ ξένια τοὺς στρατηγοὺς ἀπὸ δραχμῶν πεντήκοντα, τοὺς δὲ ταμίας εἰς ταῦτα ὑπηρετεῖν δανεισαμένους, κομιδὴν δὲ εἶναι αὐτοῖς αὐτοῦ καὶ τόκον ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν προσόδων.* Dubium videtur, quomodo illud *ἀπὸ* in formula dicendi *ἀπὸ δραχμῶν πεντήκοντα* accipiendum sit. Fortasse de donis quibusdam, quae quinquaginta drachmis parentur, *ξένια* illa intellegenda sunt, quamquam aliis titulorum locis videntur esse pecuniae.

[29]) Mitth. VI, p. 304 Beil. I, no: II vs. 20: *δοῦναι] δὲ καὶ ξένια ἑκάστῳ αὐτῶν δραχμὰς πεντήκοντα.*

[30]) Mnemos. I, p. 114 no: III vs. 15.

[31]) Satis mirum est, quod in nonnullis decretis quaestor non iubetur *ξένια* persolvere, sed ea mittere (*πέμψαι* vel *ἀποστεῖλαι*); cf. CIG II, 2349 b (n. 12), 3655 (n. 6), Wood, Discov. at Ephesus, T. of Diana no: 4 et 7 (n. 8); Corr. hell. V, 383 et VI, 214 (n. 9). Non posse de eo cogitari homines honorandos iam profectos esse, cum haec decreta fierent, apparet iam ex CIG II, 2349 b, quod in eodem decreto homo ille, qui *ξένια* debet accipere, in prytaneum vocatur. Fortasse *ξένια* illa non semper ita in promptu erant, ut statim hominibus honoratis dari possent.

[32]) In Aetolorum decreto nomen magistratus commemoratum fuisse videtur, quod finiret in litteras *ρον*: Corr. hell. V, 372 vs. 26.

[33]) Apud Hermionenses (v. n. 4), Adramytenos (v. n. 12), Cyzicenos (v. n. 6), Eleos (v. n. 5 et 15) habemus unum quaestorem, plures apud Minoetas (v. n. 28), duos apud Delphos (Corr. hell. VI, 214 extr.; cf. vero Corr. hell. V, 383 extr., ubi de alio magistratu videtur sermo fuisse) et Delios (v. n. 38).

[34]) Wood, Discoveries at Ephesus, Temple of Diana, no: 4 (idem vocabulum restituendum erit ibd. no: 7, ubi Woodius haud satis probabiliter supplevit: *ἀποστεῖλαι δὲ καὶ ξένια αὐτῷ τὸν δῆμον*).

[35]) v. n. 6.

[36]) v. n. 7.

[37]) v. n. 28.

[38]) Corr. hell. VI, p. 6 vs. 17: *ὃ ἔφασαν (ταμίαι) περιγενέσθαι αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ διαταχθέντος εἰς τὰ ξένια τοῖς τεχνίταις κτλ.*, quo ex loco explicandi videntur alii [cf. vs. 21 et vs. 53 (p. 10) et vs. 98 (p. 14): *τὸ περιὸν* (vs. 21 *περιγενόμενον*) *ἀπὸ τῶν τεχνιτῶν*].

Minimus honor, qui legatis decernitur, est laudatio[39]). Laus illa solet plerumque hoc modo decerni, ut, cum expositum sit, de quanam re exsequenda legati missi essent, primum civitas laudetur, quae legatos miserit, deinde ipsi legati[40]). Etiam causa quaedam laudis, quam praeter alias saepius additam legimus, notanda videtur, quoniam ex ea apparet Graecos bene intellexisse condicionem singularem legatorum, quippe quorum officia essent et erga eos, a quibus mitterentur, et erga illos, ad quos mitterentur. Premitur enim in laudandis legatis eos, cum adessent, dignos se praestitisse utraque re publica[41]).

Quod ad alios honores attinet, qui nonnunquam legatis item atque aliis hominibus peregrinis decernuntur, observare licet eos

---

[39]) L. V, 65 (3050), 78, Mitth. I, 337 b vs. 8, Arch. Ztg. 1876 (XXXIV) tit. el. no: 16A vs. 24; Corr. hell. IV, 472 B (theori); v. locc. n. 40 et 41 laudd.

[40]) L. V, 76, 81 (3053; populus laudatur: *ἐπὶ τῷ τοιούτος ἄνδρας πέμψαι*), 82 (3057), Mnem. I, p. 114 no: III, Wood, Discov. at Ephesus, *Temple of Diana*, no: 8 (rex laudatur, dein eius legatus), Corr. hell. VI, 214 vs. 11 (non legati dicti, v. n. 9; brevi modo laudes populi et legationis in unum enuntiatum comprehenduntur: *δεδόχθαι τᾷ πόλει τῶν Δελφῶν, ἐπαινέσαι τε τᾷ πόλει τῶγ Χερσονασιτᾶν τῶν ἐκ τοῦ Πόντου καὶ τοῖς ἀποσταλέντοις ὑπ' αὐτῶν ἐπί τε τᾷ αἱρέσει κτλ.*); theororum laudes legimus Corr. hell. V, 372 vs. 29 satis distinctas ab ipsius regis, qui eos misit (v. vs. 10), interposita ipsius rei tractatione. — Plane eandem laudandi rationem exhibent tituli in honorem iudicum peregrinorum compositi: CIG II, 2334 b (Rangabé no: 768) vs. 47 sqq., 2671 vs. 51 sqq., 3184 (ut ex eis, quae reliqua sunt, concludendum videtur), 3568 f vs. 32 sqq., 3598 vs. 5 (laudes populi et iudicum una comprehenduntur: *ἐπαινέσαι μὲν ἐπὶ τούτοις τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἀποσταλέντας δικαστάς*), Rangabé, 703 (L. II, 35) vs. 15 sqq., L. V, 87 vs. 9 sqq., Corr. hell. VI, 238 vs. 9 sqq., Curtius, Inschriften u. Studien zur Gesch. v. Samos 1877, no: 13 (p. 35).

[41]) Mnemos. I, p. 114 no: III: *ἀξίως Μαγνήτων καὶ Ἱεραπυτνίων.* — Formula solita est: *ἀξίως ἑκατέρων* (vel *ἀμφοτέρων*) *τῶν πόλεων*: CIG I, 1193 vs. 20, II, 1837 b vs. 12, L. V, 76, 80 (3052), Corr. hell. V, 383 vs. 15 (*ἀξίως τε τῶν ἐξαποστειλάντων αὐτοὺς καὶ τᾶς πόλιος*), 388 vs. 7 (*ἀξίως μὲν τοῦ ἐξαποστείλαντος αὐτοὺς βασιλέος — καὶ τᾶς ἀμετέρας πόλιος*); cf. (§ 3, n. 46): Rangabé, 688 (2139 b) vs. 21 (*ἀξίως τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς πόλεως*). — Eadem formula iudices laudantur: CIG II, 2349 b (vs. 28: *ἀξίαν ἑκατέρων τῶν πόλεων* et infra vs. 48: *παρεπιδημίαν πρέπουσαν τῇ τε ἡμετέρᾳ πόλει καὶ τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι*), 3568 f vs. 29, 3640 vs. 15, Rangabé, 703 (L. II, 35) vs. 7, Corr. hell. VI, 238 vs. 6 (*ἀξίως τῶν τε ἐξαποστειλάντων αὐτοὺς καὶ τᾶς ἀμετέρας πόλιος*); cf. etiam duo decreta satis lacera: Mitth. VI, p. 304 Beil. I. — Nimia laus, quam quae satis verisimilis sit, est quod in uno decreto (L. V, 77) legati utriusque rei publicae commodo consuluisse dicuntur: *ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τοὺς πρεσβευτὰς — ἐπὶ τῷ σπεύδειν ὑπὲρ τᾶς πατρίδος καὶ τᾶς πόλιος ἁμέων ἀξίως ἀμφοτερᾶν πολίων.* Tenendum vero est vel totam hanc dicendi formulam decurtatam videri ex ampliore, quam habemus: L. V, 79 (3052): *ἐπὶ τῷ σπεύδειν ὑπὲρ τᾶς πατρίδος ἐκτενῶς καὶ τὰν παρεπιδαμίαν πεποιῆσθαι ἀξίως ἀμφοτερᾶν τᾶμ πόλεων* (cf. L. V, 76). — Formula usitata singulari modo variata occurrit Corr. hell. VI, 214 vs. 10 (v. n. 9): *ἐποιήσαντο δὲ καὶ αὐτοὶ τὰν ἐπιδαμίαν καταξίως καὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἀποστειλάντων αὐτούς.*

legatis satis raro dari, multo frequentius e. gr. iudicibus peregrinis. Honores quos legatorum comprehendimus in titulis Graecis, sunt proxenia[42]) et corona[43]). Vix in numero honorum solum reponendum, sed potius necessitati attribuendum videtur, quod legatis quibusdam in decreto Cretensi comitatus decernitur[44]). Propriis legatis honores concessi apud alias civitates atque Atheniensium rarius occurrunt[45]).

Quodsi nunc Atheniensium morem respicimus, qualis fuerit in legatis honoratis, eidem erant honores, qui peregrinis legatis concedebantur, atque honores, qui ipsorum legatis reversis decernebantur. Plerumque Athenienses satis habebant legatos laudare et peregrinos[46]) et proprios[47]). Laus peregrinorum solet in decretis

---

[42]) Mitth. I, 337 b vs. 12, Corr. hell. V, 383 vs. 16 (hereditaria), 388 vs. 14, VI, 214 vs. 15 (v. n. 9), L. V, 61 (hered.), 76, 80 (3052) (Notandum est, quod in his duobus decretis legatis proxenia datur, quamquam omnibus Teiis illo ipso decreto civitas data est; cf. etiam Corr. hell. V, 383), Wood, Discov. at Ephesus, Temple of Diana no: 7 (legatus Demetrii et Seleuci civitatem accipit ab Ephesiis); theori: Corr. hell. V, 372 vs. 30; hieromnemones: Corr. hell. VI, 236. — Permulta sunt exempla proxeniae iudicibus peregrinis datae; cf. Meier, De proxenia, p. 15; v. etiam Martha (Corr. hell. VI, 248).

[43]) Minoetae coronant legatum Antigoni regis (Mitth. I, 337 b vs. 10): *θαλλοῦ στεφάνῳ ἐν τῷ θεάτρῳ τῷ ἀγῶνι τῶν αὐλητῶν τοῖς Ἑκατομβίοις.* — De iudicibus peregrinis coronatis v. Meier, De proxenia p. 15; e numero exemplorum recenti tempore repertorum cf. e. gr. Corr. hell. VI, 238 vs. 12: *στεφανῶσαι αὐτοὺς δάφνᾳ στεφάνῳ τᾷ παρὰ τοῦ θεοῦ καθὼς πάτριόν ἐστι τοῖς Δελφοῖς.*

[44]) Mnem. I, p. 114 no: III vs. 15: *παρπέμψαι μετ' ἀσφαλείας αἴ κα βωλῶνται.* Non mirabimur, quod vel iudicibus idem quoque praestitum videmus: cf. L. V, 87 vs. 32: *ἀποδεῖξαι δὲ καὶ ἄνδρας οἳ ἀποκαταστήσουσιν αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν μετὰ ἀσφαλείας* et CIG II, 2349 b vs. 16: *προνοηθῆναι δὲ τοὺς ἄρχοντας καὶ περὶ τῆς ἀφόδου αὐτῶν, ὅπως ἀνακομισθῶσιν ἀσφαλῶς.*

[45]) Posterioribus temporibus, cum nemo legationem suscipere vellet (v. § 6, p. 77), praemia legatis post legationem perfectam praebenda res publicae polliceri solebant; cf. Mitth. VI, 96—97 I vs. 4; *(τοῦ δήμου) ψηφισαμένου, ἵνα τοῖς πρεσβεύσασιν ὑπὲρ τῆς πόλεως πρός τε Μασσαλιήτας καὶ Ῥωμαίους τίμιόν τε ὑπάρξει παρὰ τοῦ δήμου καὶ ἵνα ὅταν ἐπανέλθωσιν οἱ πρεσβευταὶ προβουλεύσει ἡ βουλὴ καθότι τιμηθήσονται.* — Ratio singularis est tituli CIG II, 2671 vs. 20, qua iudices reversi laudantur, postquam civitas illa laudata est, ad quam missi erant quaeque ipsos variis honoribus affecerat; idem est laudandi modus, qui invenitur alibi de peregrinis tantum legationibus adhibitus (v. etiam § 9, n. 8).

[46]) CIA I, 59 (cf. IV) vs. 40 (quo loco de legatis sermo esse videtur: *ἐπαινέσαι ἅ τε νῦν λέγουσιν καὶ — πρόθυμοί εἰσι ποιεῖν ὅ τι δύνανται ἀγαθόν*), Mitth. II, 142 vs. 51 (v. § 2, n. 13); cf. laudem theororum CIA II, 442 vs. 17. — V. locc. n. 48 laudd. (CIA II, 52 c vs. 17 non videtur comparandus titulus, quoniam Hieroetas ibi commemoratus non legatus videtur adesse, v. §. 6, n. 39).

[47]) CIA II, 15 b Add. N. vs. 8, 18 vs. 6 (legati una cum trierarcho quodam; v. § 5, n. 34), 52 c (in populi decreti additamento vs. 31 repetitur legatos Lesbum missos esse laudandos, qui ipso in decreto iam

ita comparata esse, ut item atque in aliarum civitatum Graecarum decretis laudetur prima res publica vel princeps, qui legatos miserit, tum ipsi legati[48]). Apparet senatui quoque interdum aeque ac populo potestatem fuisse legatorum laudandorum[49]).

Praeter laudem dabantur nonnunquam legatis et peregrinis[50]) et propriis[51]) coronae frondeae.

Legati peregrini etiam ex populi decreto invitabantur ad ludos sollemnes spectandos[52]). Ea vero, quae in aliis civitatibus vel saepissime legatis decreta esse videmus, *ξένια* et *προξενία*, in nullo Atheniensium decreto eis destinantur[53]).

Singularem quendam honorem legatis quibusdam Corcyraeorum mortuis tributum esse videmus ab Atheniensibus; sollemniter enim eos publice sepultos esse epigrammate sepulcrali docemur, quod ante nonnullos annos in Ceramico erutum est[54]). Disticha duo haud male composita sunt[55]):

---

laudati sunt, cum dicerentur vs. 25 *πεμφθέντες εἰς Μυτιλήνην*; v. § 9, p. 112 de invitatione in prytaneum bis commemorata), 64 (Mitth. II, *210* vs. 10: una cum praetore), 89, 488 fr. cd vs. 17 (causam laudis additam v. § 5, n. 35); cf. Aesch. II, 13, 53, 121, Dem. XIX, 31, 234 (*τὸ νόμιμον ἔθος*; v. § 9, n. 35); theori reversi laudantur: CIA II, 490 vs. 24.

48) CIA I, 51 (cf. IV) vs. 6 et 40, II, 15b Add. N. vs. 5, 58, 64 (Mitth. II, 210 vs. 7), 66b fr. c vs. 2sqq., 164 vs. 8 et 22, 415, Mitth. II, p. 138 vs. 12, 197 vs. 34sqq., *'Αθ.* VI, 152 vs. 12 et 49; cf. laudem Tenediorum eorumque synedri: CIA II, 117 fr. a vs. 7 et b vs. 27. — Causa laudis solet nulla addita esse; invenitur *'Αθ.* VI, p. 152 (Rh. Mus. XXXIII, p. 418) vs. 49; laudantur enim legati propter id, propter quod saepissime in titulis Graecis item atque Atticis homines privatos laudari videmus (v. § 8, n. 95); nempe dicitur curasse eos Athenienses illos, qui in patriam eorum venissent (*ἐπαινέσαι δὲ τοὺς πρέσβεις —, ὅτι ἐπιμελοῦνται τῶν ἀφικνουμένων Ἀθήνηθεν εἰς Βόσπορον*).

49) Quod ad Atheniensium legatos attinet, v. Hartel, Dem. St. II, p. 396; de aliarum civitatum legatis a senatu Atheniensium laudatis cf. § 8, n. 41.

50) CIA II, 164 vs. 25.

51) CIA II, 108 frgm. cb extr., 488 fr. cd vs. 22 (v. § 5, n. 35); Aesch. II, 17, 46 etc.; theoros coronatos v. CIA II, 490 vs. 27.

52) Cf. Dem. XVIII, 28 et Aesch. II, 55; CIA II, 164 extr.

53) Valde dolendum est, quod unus titulus, qui commemorationem *ξενίων* continuisse videtur (CIA II, 84), ita lacer traditus est, ut certi quidquam ex eo cognosci nequeat. Verba, quae legimus ibi: *τὴν βουλὴν ἐπιμεληθῆναι ὅπως ἂν τὰ νενομισμένα ἀποδοθῇ αὐτοῖς* fortasse ad dona hospitalia referenda sunt; hoc vero minime certum est.

54) Cf. Bulletin de l'école française d'Athènes no: XII (1871), no: 3 et 4 p. 247 no: 56.

55) Optime nunc comparari potest titulus Mylasensium in honorem iudicis a Pariis missi compositus: Corr. hell. VI, 245:

Πατρὶς μὲν μ' ἀπέπεμψε δικαστὴν Μυλασέεσσι.
ἤδη δ' εὐδοκιμῶν ἐξέλιπον βιοτάν,
'Ακρίσιος, πατρὸς μὲν Ἰάσονος, ἐκτέρισαν δὲ
Μυλασέες, χρυσέοις στεψάμενοί με κλάδοις·
ταῦρον δ' ἀμφὶ πῦρ ἔσφαξαν, τιμαῖσι σέβοντες,
δαίμονί μου νέρθεν σὺν χθονίοισι θεοῖς.
κτλ.

ἐνθάδε Θέρσανδρον καὶ Σίμυλον ἄνδρε ποθεινὼ
πατρίδι Κερκύρᾳ δέξατο γαῖα τάφῳ,
πρέσβεις ἐλθόντας, κατὰ συντυχίαν δὲ θανόντας·
παῖδες Ἀθηναίων δημοσίᾳ κτέρισαν.

Iam ad finem disputationis nostrae pervenimus. Multa Graecis fuisse communia in legationibus et mittendis et accipiendis vidimus, multa etiam ex variis populorum Graecorum moribus variata; unum tamen ex tota disputatione nostra disci posse speramus: sensum humanitatis quem Graecorum in plurimis aliis rebus admirari solemus, etiam ex hisce elucere institutis.

Epimetrum.

Eadem fere dissertationis nostrae forma, qualis nunc se habet, iam inde ab initio anni MDCCCLXXXII. a summo philosophorum ordine Lipsiensi approbata erat, cum Heysii dissertatio, quam scripsit de legationibus Atticis, in lucem prodiit. Negari non potest vel in potissimis rebus, quae ad legationes Atheniensium et ab Atheniensibus receptas spectant, eum rectum sensisse. Quodsi tamen nunc dissertationem nostram minime coartatam protulimus, sed ea, quae Heysius ante nos in universum recte exposuerat, denuo pertractavimus, hoc non eo tantum consilio fecimus, ut plenam totius rei quasi imaginem, quam initio exhibuissemus, retineremus, sed quod nemini attente utramque dissertationem comparanti dubium fore speramus, quin, etsi Heysius haud pauca recte invenerit, ea a nobis haud raro paullo accuratius sint demonstrata. Quae cum ita sint, Heysii dissertationem in ipsa nostra plane neglexinus et brevibus tantum notis singulis locis insertis sententias eius nostrarum similes vel diversas indicavimus.

Addenda et Corrigenda.

§ *1, n. 54 post* p. 166 *deleas* sq.,
n. 67: nunc vero addi potest titulus: Corr. hell. VIII, p. 87, ubi legitur *πρεσβευταί.*
n. 144 vs. ab imo 6. lege Caunos.

§ *2, n. 5 adde:* Cf. n. 13 Add. Corr.
n. 11 lege: Pol. II, 48, 7.
n. 13: Etiam melius quam Delphos illos exsules comparare possumus *τοὺς ἥκοντας Ἰουλιητῶν* (Mitth. II, 142 vs. 54).

§ *3, n. 3 nunc delendum est Ἀϑ.* VI, 270; *v. enim § 5, n. 35.*
ibd. post (Mitth. II, 212) *nunc inserendum est: ἑλέσϑαι πρεσβευτὴν ἕνα ἄνδρα* (Mitth. VIII, 211 vs. 37).
ibd. post Andoc. III, 6 *adde:* Dem. XXIII, 172.
n. 12 post III, 63, 100 *insere:* v. etiam Plut. Demetr. XIII.
n. 24 post Andoc. III, 6, 33, 34, 39 *adde:* Aesch. III, 63.
n. 49 insere post Corr. hell. V, 383: VII, 247.
n. 55 cum titulo Eleo comparari potest Creticus (Corr. hell. III, 292 vs. 16), singularis ille tamen argumenti (v. § 8, n. 59): *ἀποστηλάντων οἵ τε Κνωσίοι καὶ οἱ Λατίοι καὶ οἱ Ὀλοντίοι πορτὶ τὸν ἐπιμελητὰν πρειγείαν καὶ γράμματα ἐν ἁμέραις τριάκοντα κτλ.*; cf. vs. 49: *κατὰ τὰ ἀποδοϑέντα ποτὶ τὸν ἐπιμελητὰν παρὰ τᾶν πολέων γράμματα.*
n. 72 post Mitth. VII *numeri sequentes delendi sunt et statim pergendum* p. 75, *dein addendum:* VIII, 128 extr.
n. 76 ad titulum Revue arch. etc. accessit nuper simillimus: Corr. hell. VIII, p. 353.

§ *4, n. 2 post* Mitth. II, 138, 197, 212 *nunc addendum:* VIII, 211 vs. 37.
n. 8 post Mission etc. *insere:* Corr. hell. VIII, p. 353 (v. § 3, n. 76 Add. Corr.).
n. 30 adde: Cf. Ross, Inscr. ined. 166: *ἀφέσταλκα Καλλίαν πρὸς ὑμᾶς, ὄντα καὶ ἡμῖν συνήϑη καὶ ὑμέτερον πολίτην.*

§ *5, n. 33 post* Mitth. II, 138 frg. d *nunc addi potest: εἱρέϑη πρεσβευτής* (Mitth. VIII, 211 vs. 45).
n. 44 adde: CIA I, 31 A vs. 6: *γεωνόμους δὲ ἑλέσϑαι δέκα ἄνδρας, ἕνα ἐχφυλῆς.*
n. 79 post: Legationem Leontinorum *excidit* missam esse.
p. 64 post Chiorum[83]) *adde* Iulietarum *decretum* (Mitth. II, 142 vs. 54; videntur enim homines illi legati Athenis adesse, v. § 2, n. 13).
n. 93: Cum tribus legatis Philippi regis tres comparari possunt Amyntae patris : CIA II, 15b Add. N.
n. 97: Rectius provocari posset ad alium Livii locum, de quo me monuit amicus Aemilius Koch (XXXVIII, 32: Diophanes et Lycortas, Megalopolitani ambo, principes legationis Achaeorum fuerunt), si omnino vocabulum princeps ita interpretandum esset, ut significet proprios legationum duces, de qua re non cogitari posse ex eis speramus appariturum esse, quae exposuimus.

§ *8 n. 34:* Etiam Koehler, qui R. sententiam nuperrime comprobavit, difficultatem in eo inesse concedit, quod ex illa sententia *κυρίᾳ* certus locus in ordine contionum ordinariarum non fuerit.

§ *9, n. 3:* Etiam verba tituli Delphici (Corr. hell, VI, 214 vs. 5): *καϑὼς ἦν λελυτρωμένοι ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ πεπολυωρημένοι ἐμ πάντοις,* quamvis obscuriora, non plane omittenda videbantur; de legatorum enim sumptu intellegenda videntur, quam Chersonesitarum civitas, in qua versabantur, suscipiat.

Index.

		pag.
§ 1.	De legatorum notione et nomine	6
§ 2.	Quinam legatos mittere et accipere soleant	27
§ 3.	Quanam publica auctoritate legati Graecorum instructi fuerint	32
§ 4.	Quomodo legati designati et emissi sint	48
§ 5.	De numero legatorum	53
§ 6.	De auctoritate singulorum hominum legationi adscriptorum	70
§ 7.	De viaticis legatorum	81
§ 8.	Quomodo legati munere functi sint	87
§ 9.	De legatis publico hospitio receptis	105
§ 10.	De aliis honoribus ac praemiis legatis concessis	112
Epimetrum		118
Addenda et Corrigenda		119

Vita.

Natus sum Franciscus Iosephus Fridericus Augustus Ludovicus Poland Pirnae a. h. s. LVII. a. d. VIII. Kal. Sept. patre Francisco matre Christina e gente Kobalziana, quos ambos adhuc superstites magnopere laetor. Fidem sequor catholicam. Litterarum rudimentis Dresdae institutus sum, quam in urbem parentes transmigraverant; ibi etiam anno MDCCCLXXII. in gymnasium, quod est ad aedem Sanctae Crucis, receptus sum, cuius scholas Hultschio rectore florentes quinque annos frequentavi. Tum maturitatis testimonio instructus Lipsiam me contuli, ut philologiae studiis me dederem. Interfui scholis, quas habuerunt viri illustrissimi Biedermann, Braune, Curtius, Eckstein, Goetz, Heinze, Lange, Lipsius, Overbeck, Ribbeck, Springer, Voigt, Wundt, Zarncke. Praeterea proseminarii philologi per tria semestria sodalis fui, seminarii philologi per duo, seminarii archaeologici per duo, quorum per alterum senioris munere functus sum. Exercitationes societatum Langii per duo semestria, Lipsii per quinque, Ribbeckii per quattuor frequentavi. Adii etiam exercitationes seminarii Germanici, quod Zarnckius, et seminarii paedagogici, quod Ecksteinius moderatur. Omnibus his viris optime de me meritis gratias ago quam maximas, imprimis vero Iusto Hermanno Lipsio, cuius erga me meaque studia benevolentiam grata semper et pia memoria tenebo.

Postquam examen ad summos in philosophia honores capessendos initio anni MDCCCLXXXII. superavi, variis de causis evenit, ut dissertatio nunc denique in lucem prodire posset. Interea eodem illo anno examen pro facultate in gymnasiis docendi superavi. Inde a Kalendis Octobribus usque ad eundem proximi anni diem stipendia feci in regia legione Saxonica bombardariorum (108). Deinde per semestre spatium candidatus probandus et vicarius adscriptus fui gymnasio Dresdensi, quod est ad aedem Sanctae Crucis, et inde a mense Aprili huius ipsius anni Dresdae magisterio fungor in gymnasio Wettiniano.

